







BIBLIOTECA DE LOYOLA
—
Sala 3 Estante 24 Plúteo 3



DE OMNI
BVS AB EXORDIO CREATV
rarum haresibus, quæ mirè multiplices
sunt, autoribus Philastro Brixien.
& alijs insignibus doctri
na & pietate uiris.

Porro falsis illis demoniorum doctrinis oppo
sumus, opera principum theologorū, summa or
thodoxæ religionis capita, quibus, præter cætera,
evidenter demonstratur quod nam sit propheta seu
concionatoris officium, & contra quid euangeli
sta debeat ecclesia.

Item, De ligandi & soluendi potestate, Ni
cephoro Chartophylace autore.

Edidit G. W. D. de L. v. p. t. y. p. L. b. a. m. c.

BASILEAE APVD HENRI
CVM PETRVM.



PHILASTRII VITA EX
Ioanne Tritemio.

Philastrius Episcopus Brixienſis, uir
in diuinis ſcripturis doctiſſimus, & ſe-
cularium literarum non ignarus, beato
Ambroſio Mediolanenſi & notus, &
familiaris. Cuius meminit ſanctus Au-
guſtinus in quadam epiſtola ad Quod
uult deum. Scripſit pro utilitate comu-
ni quedam preclara opuscula, e quibus
nullum ad manus noſtras memini per-
ueniſſe. Fertur eiſ, beato Auguſtino
ubi ſupra teſtante, inſigne opus
quod ſcripſit, De lvi he-
reſibus. Cetera
non uidi.

Claruit ſub Theodoſio Imperatore
Chriſtianiſſimo, Anno Domini
CCCLXXX.





D. AVR. AVGVSTINI DE PHI-
lastrio testimonium.

Philastrius quidam Brixienſis Epi-
ſcopus, quem cum ſancto Ambroſio
Mediolani etiã ipſe uidi. Scripſit hunc
librũ, nec illas hæreſes prætermittens,
quæ in populo Iudeorum fuerunt ante
aduentum Domini, eaſq; XX & VIII
commemorauit. Et poſt Domi-
ni aduentum CXX &
VIII ſcripſit.

INDEX eorũ quæ adelphilus hæreti-
operi inſunt. cus 214.

A

A

Beloniꝝ 211
abelani 211
abraham lu-
dæorum typus 171
abrahã quomodo
placauerit deũ 106
abſtinentes 68
acephali 212
achab rex Iſraëli-
rum 11
achillas epiſcopus
Alexandrinus 212
à cibis uere qui ab-
ſtineat 338
actus apoſtolorum
Cerinthus abij-
cit 32
adam quidam ne-
gant ſaluari 40
adamiani 212
ad Hebræos epiſto-
la an Pauli ſit 73

adelphilus hæreti-
cus 214.

adimantus hæreti-
cus 213

aditæ hæretici 212

actiani hæretici 214

actius ſophiſta 197

aër inſicit corpus
pag. 295

aëriꝝ 57

aëriani 213

alexander Aærari-
us 214.

almariani 215

almaricus 215

alogiani 214.

amici dei officium
pag. 281

ammonius Alexan-
drinus 197.

andrea acta uitæ
ſux 72

angeli non huma-
næ naturæ ſimiles
pag. 101

A 3 anima



INDEX.

animalia in Ezechi
ele an deum lauda
rint 158
animus saepe laude
sui pascitur 286
animam immorta/
lẽ Samaritani ne/
gant 6
anitiõrũ genus 17
anthiasista 216
appellis heresis 38
appelles hæreticus
pag. 208
appollinaris iunior
pag. 197
apocalypsis an lo/
annis euangelista
sit 48
apocrypha quare
legenda 72
apocryphi 71
aquam negant qui
dã à deo factam
pag. 83
aquarij 209 & 60

aquilæ aditio 162
aquila cuius typũ
gerat 159
arabici 216
arbitrij nostri su/
mus 19
archelaus episco/
pus 50
arriani 51
artotyrita 58
arũdo est infirmus
animus 284
ascodrogita 58
astarita 12
asthar 21
astaroth 21
asturtium 22
atiani 214

B

Bahalita 17 & 11
balaã propheta 18
balac rex Moabita
rum 18
baptizauit quidam
barbam 218
baptizant

INDEX.

baptizant quidam
mortuos suos 41
barbara Sigismun/
di Imperatoris u/
xor 208
barbelus idolũ 29
bassi heresis 36
basilides hæreticus
pag. 20
beatitudinis terrã
quidã ignorat 82
begradi 216
beguini 216
belita 17
belus sacerdos 9
belus uox unde 18
berilli error 197
biothanati 70
bonus perfecte 293
bona reticere exa/
sperat deum 298
bonosiani 216
bostrena urbs Ara
bia 197
borboriani 58

C

Cœlorum diuersi/
tas 82
cain quare fratrem
suũ interfecerit 3
caini 3
caino quare uita
post peccatũ, con
cessa 144
calacanus homo 29
canticũ canticorũ
liber à quibusdã
improbatur 150
cãtica diuina inter
laborandum exer
cenda 322
can. 7. locus decla
ratur 262
carnis salutem fieri
quidam negant 31
carnem hominis à
deo non esse factã
quidã dicunt 50
carnaliter solũ in le
ge domini quidã
uiuendũ asserũt 4
A 4 camos



I N D E X.

canos abominatio
Chanangorū 12
caro organum ani/
mæ 85
carpocrates hæreti/
cus 198
carpocratiani 46
carpocratis uariæ
hereses 30
castitas sacerdotū
probatur 314
castigationem qui
reijciant 276
cataphryges 40
cataphrygæ 203
cataristæ 217
cerdonis error 36
cerdo hereticus 209
cerdoniani 209
cerinthi errores 31
cherinthus hæreti/
cus 198
cherubin quid 190
chilionetitæ 48
christum in carne
federe ad dexterâ
patris negant qui
dam 45
christum ex Ioseph
natum quidam af/
firmant 31
christum pro pro/
pheta & iusto ho/
mine Essenî ha/
bent 7
christum excōcubi
tu Ioseph natum
quidâ asserūt 207
christū in carne ue/
nisse quidam ne/
gant 46
christum animâ ue/
ram non habuisse
quidâ dicunt 54
christus genus de/
ducit à Seth 4
chus filius Châ 99
circuitores 70
citheus uilla 23
cogitationes malæ
pellendæ

N D E X.

pellendæ 143
coluthiani 60
colubrum quidam
colunt 3
coniugiū sacerdo/
tum Isidorus pro/
bat 309
cōpūctio uera cor/
dis 330
cōcionator lingua
rum derogātium
non metuat 280
concupitus promi/
scui 47
confessio peccato/
rum pœnitētiā
monstrat 332
confusio adducens
gloriam 300
consilium dei im/
mutabile 350
correptiones qua/
les esse debeāt 246
corone signū uicto/
riæ 348
correptio inter fra/
tres qualis 373
corpus hominis
non saluari quidâ
adstruunt 34
crines capitis qui/
dam ob religionē
nutriunt 7
crudele factū quo/
rundam 220
cupiditati nihil ui/
le 312
D
Dalphidus hereti/
cus 202
datosius hæreticus
pag. 202
dauidē quidam ne/
gant fuisse Chri/
stī prophetam 136
de anime sensu hæ/
resis 130
de annorū incerti/
tudine heresis 111
de Ade & Eue ceci
tare



I N D E X.

tate hæresis	119	de Christi natiuitate hæresis	131
de animabus sceleratorū hæresis	126	de corporis & animæ hæresis	109
de angelis quorundam error	23	de diuisione orbis hæresis	120
de annis Christi hæresis	98	de diluuiō hæresis pag.	124
de anima homini inspirata hæresis pag.	87	de intellectu hominis hæresis	88
de Adæ mandato error	251	de imagine dei in humano corpore hæresis	84
de creatione hominis uaria	26	delicta leuia & grauiā	369
de Christianis tempore ultimo hæresis	109	de literis hæresis	35
de columba hæresis pag.	36	de linguæ nomine hæresis	96
de Christi ad inferos descensu hæresis	127	de Leuitici lib. preceptis error.	159
de Christo hæresis pag.	26	de Melchisedech sacerdote hæresis pag.	169
basilidis hæresis	26	democrati de mūdī sententia	115
		de mun-	

I N D E X.

de mundis infinitis error	115	de uiciaci	7
de planetis septem hæresis	114	deum triformē quidam faciunt	79
de psalterij inæqualitate	139	deus cur diuersis modis homines allocutus sit	156
de passione Christi hæresis	56	deuterius hæreticus	217
de paschate hæresis pag.	71	de zodiaci signis hæresis	125
de paschatis festo hæresis	47	dijs alienis quare non maledicendū pag.	167
de patre & filio hæresis	42	diuinitatē Christi quidam doliisse dicunt	76
de syderibus hæresis	93	doctor qui loquat penset	245
de spiramine Adæ hæresis	179	donatus Afer	21
desperati in infernū descendūt	344	donatiani	68
de terræ motu hæresis	92	dositheus	4
detractores quomodo puniēdi	382	diuina natura incorporabilis	187
detractoribus ne-		ebīō hæreticus	198
		eccle-	



N D E X.

ecclesiastes Salo-
monis à quibusdā
reñcitur 147
ecclesia rector qua
lis esse debeat 226
eleemosinā uirtus
pag. 327
eleemosina à qua
morte liberet 340
elpulius hæreticus
pag. 218
eluidij error 199
enkratita 57
episcopus primo se
ipsum corrigit
pag. 233
episcopi an à suis iu
dicandī 308
episcopi ueri descri
ptio 223
epicureorum uox
pag. 148
equi lignei heresis
pag. 24
eriani 213

esā. locus, mūdami
ni qui fertis uasa
domini declaratur
pag. 227
esā. locus, de labijs
attactis carbone
pag. 189
esāia locus, de che
rubin & seraphin
pag. 183
esāie locus, popule
meus qui beatifi
cant te &c. decla
ratur 283
essenī qui 7
escas quidam cum
hominibus non
sumunt 70
euangelium Ioan
nis Cerintho ascri
ptum 49
euangelia pharisai
reñciunt 5
eudoxus hæreticus
pag. 199
eumo-

I N D E X.

eumonij errores
pag. 199
eunomiani 54
eusebius Nuomedi
ensis 100
eutyches Constan
tinopolitanus 200
euticij dogma 219
excōmunicationis
uarius usus 379
excalceati 65
exod. 14. locus ego
indurabo cor ei
us declar. 274
ezech. locus, Audi
ens ex ore meo
sermonē, declara
tur 256 & 257
ezechie regis factū
memorable 19
ezech. 33. locus, Si
conuersus &c.
declaratur 273
F
Fœminarū confor
tiū quid mali ad
ferat 310 & 311
faustus Afer 200
filiorum culpā qui
dam in parentes
transferūt 116
flagellantium hære
sis 219
floriani 46
fortuna cœli 10
fratricelli 220
fulgentius Donati
sta 221
funiculus agrimen
sorius 181
G
Galatæ quomodo
à Paulo corripit
antur 253
gen. 42. locus de lo
seph declarat 350
gygas terræ mon
strum 100
gygas & in bono
pag. 102
gygantes



I N D E X.

gygantes tempore Noë 99
 gygantes unde dicti 100
 gnostici 28
 gradus honorum ambigendi 308
 græci heretici ob summū pontificem pag. 221
 græci unde 100
 grecorum philosophi ex biblijs sacris omnia sua hauserunt 165
 guilhermus hereticus 221
H
 Haloide 97
 heresis subterranea pag. 16
 hareses ab origine mundi 1
 heber uir sanctus pag. 97
 hebionis heresis 32
 helchefaitæ 199
 heliognosti 7
 hemerobaptistæ pag. 209
 heracleonis error pag. 35
 hercules fortes uiri dicti 7
 hermes Trismegistus 8 & 93
 hermi errorum 44
 hermogeniani 44
 hermotitæ 45
 herodiani 22
 homo triplici uirtute in corpore constitutus 153
 homo passionis typus 159
 hospitalitas diligenda 324
 I
 Ialdabaoth 29
 idoli nomen 104
 idola

I N D E X.

idololatræ raro impuniti 11
 idola Abraham figit 167
 idololatria ab homine instituta 104
 ieiunia quatuor 173
 ieiunium corporis est castigatio 338
 ieiunium rationabile 337
 ieiunium quidam reijciunt 217
 imago dei 154
 ignis & cōpunctio nis cordis cōparatio 331
 indulgentia peccatorum quibus tribuitur 332
 indurare quid 133
 infernum quidam dicunt esse istum mundum 45
 infantis sanguine sacrificiū suum quidam miscent 41
 inspiratio quid 87
 inter esse semper, et fuisse, nulla contrarietas 132
 intellectus solius homini 90
 ioan. locus, Deū nemo uidit unquam declaratur 187
 ioan. 6. locus, Operamini escam, quæ non perit, decl. 150
 ioannis acta 73
 iob testem in celo querit 283
 iosephi somnium pag. 349
 iouinianus hereticus 201
 iracūdo homini nescis amicus 295
 iracūdi quomodo sanantur



I N D E X

sanandi 383
iudam quidā opus
bonum fecisse in
tradendo saluato
re 29
iudex interior pio
quærendus 283
iudicium futurū Sa
maritani negāt 6
iudicem Christum
omnium quidā ne
gant 38
iudæi Solem colue
runt 8
iustificationem Na
zaræi in carnali le
gis obseruantia
consistunt 7
iusti æterni iudicij
examen aspiciunt
pag. 282
L
Laodicensium epi
stola 73
lectio scripturarum

lit frequens 242
latini unde 110
legis & Propheta
rum in Christo si
nis 60
leo fortitudinis ty
pus 159
lex Mosi aliud in
uoce, aliud in ab
scondito habet 153
lex admonitio mā
dati 152
linguarum confu
sio propter pecca
tum 94
linguarum cogni
tio 95
locus nō adiuuat si
deest spiritus 294
lucani errores 38
lucæ sexto locus be
ati eritis declara
tur 303
Mala

I N D E X.

M

Abraham primus
obtulit 107
melchisedech sine
parentibus ortum
quid 170
melchisedech sacer
dos dei 43
menander magus
pag. 202
menandri hæresis 25
messaliani 202
miletæ 46
moloch idolum 13
monothelstæ 203
mōranus phryx 230
montanistæ 68
mortē quare sibi q
dam intulerint 50
mortem qdem op
tant 70
malorū autor quo
modo deus 61
mulierū stultitia in
colendis dijs 16
mundū quidā non
mutari asserūt 63

B mun



INDEX.

mundū quidam ab angelis esse factū	asserunt	25	nicolaiz	72
mures aurei	9	noctiani	43	
murmuratores quauia sedandi	389	nora mulier	29	
musca Acaronitarum	9	nouatus presbyter	pag. 204	
musoriz	9	nouatiani	69	
Soricū cultores	9	nuptiarū legitimarum cōtempores	pag. 118	
N		nuptiarū uis quidā abnegant	40	
Nathan quomodo Dauid corripuerit	pag. 246	nyctages	209	
nembroth primus Gygas	99	O		
nepos episcopus	pag. 204	Obdurare dei	274	
nesforius Germanicus	204	operandum omnibus labore manu	um 316	
nazarai	6	ophite	3	
nicolaus hareticus	pagina 204	oratio uera	333	
nicolaus Antiochenus	28	orationē quidam improbant	217	
		orationes q̄ ad deū ascendant	336	
		origenis præceptor	197	
		osez		

INDEX

osez 4. sanguis sanguinem tetigit, locus declaratur	273	pati aliquid pro Christo quidam prohibent	28
otiosi sermones q̄ pag.	392	pati Christianus pro Christo non recusat	305
ozias rex Iudæorū pag.	9	patripassiani	44
pœnitentiā nullā in Cain	145	patriciani	50
pœnitentiā agere quid	341	praxcas Asiaticus	pag. 204
pœnitentiæ quādo nulla utilitas	346	praxiani	44
pagani unde	109	predicandū quid si deli pastori	267
pagani à pagano rege	110	prædicator q̄ recta non denuntiat	232
paganitatem à deo esse institutā quidam dicunt	102	prædicator est medicus	308
paradisum quidam inuisibilem dicunt esse	45	psalmus 110 locus, uirtutem operum suorum annuntiabit, declaratur	288
parmeniani	68	psalmus 137 locus Nonne qui adorant te, declaratur	pag. 281
patiētīe efficacitā	328		
humilitatis laus	329		

B 2 paulus



INDEX.

paulus cur suas uir/ tutes enumeret 288	da 377
paulus Corinthios laudat & uitupe/ rat 250	peccati perpetua sic memoria 339
paulus Antioche/ nus 201	peccatum peccato cumulari 270
paulus quomodo omnibus placeat pag. 232	peccatū Cain quale pag. 142
pauli sollicitudo 231	pecudes quidā rati onales arbitran/ tur 89
pauli locus, Rom. 9. Non est uolen/ tis, neq; currentis &c. declar. 133	pecunia ortus om/ niū malorū 308
pauli studium 324	pepura uilla 41
pauli acta 73	persecutiones pa/ rant coronas 303
paulus Samosate/ nus 50	perdici satan com/ paratur 1
paulus Samosate/ nus 205	pharisæorū error 9
peccatū è corde ei/ ciendum 143	phibas hæreticus pag. 202
peccata grauiora quomodo sanan/ da	phitonissa mulier pag. 19
	photinus præsul Smyrnezus 105
	photinus 51
	poeni/ da

INDEX.

pœnitentia nemini deneganda 339	regina cœli 10
pollio Macedoni/ us 201	rempha idolum 13
post baptismū Græ ci pueris sacramē tum confirmatio/ nis dant 221	rector ecclesiæ qua lis esse debeat 226
prodianitæ 49	rectoris ecclesiæ of/ ficium 244
pseudopropheta unde 91	resurrectionem fu/ turā quidā in pro/ creatione filiorū esse dicūt 6
ptolemeus rex Ae/ gypti 164	resurrectionē qui/ dam negant 4
ptolemei error 34	resurrectionē qui/ dam ponunt in fi/ liorū pcreatione pag. 46
purgatorium Græ/ ci negant 221	rhetorij 75
puteoritæ 13	romani à laphet 123
Q	romani unde 110
Quæstio seditionis inter apostolos 32	rom. i. locus decla/ ratur 271
R	S
Ranarū cultores 8	Sabellius hæreticus pag. 206
rebaptisatores 68	sabelliani 44 et 206
redēptoris hostis pag. 231	B 3 fabinus



I N D E X.

fabinus hereticus	pag.	205	peccata signari	pag.	260
sacerdotum uerum officium		308	sanguinem de pastoris manu requirere quid		269
&		309	saturnini heresis		129
sacerdoti sancte uiuendū		254	scorpionis astutia, natura, mores, & cur notatur eorū scilicet astutia		291
sacerdos speculator uocatur		256	pag.		291
sacramēta quidam nudi celebrant		213	secundi heresis		34
sacrificia temporalia fuisse		107	sedechias falsus propheta		20
sacrificia Christianorum		161	senectus cordis		245
saddoc homo ludaeus		5	senes quos scriptura uocet		244
sadducei		5	seleuci heresis		44
sapientia Græcorū uana		139	semiariani heretici quando floruerūt		52
samaritani unde dicti		6	pag.		52
sampsonem quidā imitantur		7	septuaginta interpretes à quibusdam improbantur		162
sanguinis nomine			sergius		

I N D E X.

sergius presul Anti		ochenus	203	serpentini	3	serpens æneus cultus	14	seruendum omnibus per charitatē spiritus	315	seu uis deo placet	pag.	307	sethiani	4	seueriani heretici	222	signa celestia	125	silentium quidam semper tenent	59	silentium non decet pastorem	228	silentiū quinquennio indixit suis discipulis Basilides	pag.	207	similitudo dei	154	simon magus	23	&	206	simon Cyreneus	28	sirach liber	46	solis adoratores	7	solonis uox de Græcis	123	somniatores quidā	pag.	29	speculator qui	258	gregorij papę labores	260	spiritus paucorum fidelium	180	spiramen datur cathumenis	179	stellæ unde	146	symmachiani	50	symmachi uersio in uetus testamentum	166	symmachus hereticus	207	syderū nomina pauca in scripturis	93	Tatiani errores	40	&	210	templarij	210	tertulliani errores	28	thamur	
---------------------	--	---------	-----	------------	---	----------------------	----	--	-----	--------------------	------	-----	----------	---	--------------------	-----	----------------	-----	--------------------------------	----	------------------------------	-----	--	------	-----	----------------	-----	-------------	----	---	-----	----------------	----	--------------	----	------------------	---	-----------------------	-----	-------------------	------	----	----------------	-----	-----------------------	-----	----------------------------	-----	---------------------------	-----	-------------	-----	-------------	----	--------------------------------------	-----	---------------------	-----	-----------------------------------	----	-----------------	----	---	-----	-----------	-----	---------------------	----	--------	--



I N D E X.

thamur simulachrū	uelamen à Iudais
pag. 16	qñ auferetur 184
thessalia inundatio	uerecundia lauda-
ne aquarū obno-	bilis in malo 300
xia 124	ueritatem non esse
theodotionis uer-	arundinē 284
sio 166	uirgines q̄ p Chri-
theodorus Coriari-	sto passæ, pro stul-
us 207	tis habent 208
theodotus Byzan-	uitulus laboris ty-
tinus 41	pus 159
timothei grauitas	uitijs quomodo me-
pag. 241	dendum 238
trinitas quando an-	uitijs carnalib. qdā
nuntiata 103	predicarūt esse in-
trogloditæ 10	seruendum 50
tropitæ 56	uoluntas tentās 135
tophet 13	usura fugienda 308
V	Z
Valentiniani 72	Zachariæ locus de
ualentini dogma 33	funiculo mētorio
uxores & concubi-	declaratur 180
ne Salomonis hæ-	zenobia regina se-
resim inttoduxe-	ducta 51
runt 176	

PHILA-
STRII EPISCOPI BRIXIENSIS
 in librum de hæresibus præfatio.



De hæreseon diuersa pesti-
 lencia, uarijsq; erroribus,
 qui ab origine mundi e-
 merferint, & sub Iudais
 defluerint, & ex quo ue-
 nit dominus noster Iesus Saluator in
 carne pullulauerint, dicere oportet, ni-
 merumq; earū paulatim exponere, ini-
 micumq; humani generis Perdici fuis-
 se à Hieremia propheta non immerito *Perdix*
diabolus.
 comparatū agnoscere, qui cū in fœcun-
 ditatem patiat, sæpius aliorum fur-
 tim fœtus incubans, quasi suos iam fo-
 uet ac uindicat filios, usq; ad tēpus ali-
 quod: Cumq; eis iam tempus ætatis di-
 scernens ad creuerit, tunc amissis falsis
 parentibus, iura parentum sensu pro-
 prio recordantes, palamq; oculis intu-
 entes, sequi eos amplius non demo-
 rantur. Quorum causa nobis similitu-
 a do



do hæc nunciata est, quod diabolo relicto impietatis causa, eius qui orbem terrarum sua sub ditione cum tenere putaret: Postquam uero Christo parente à nobis uiso & recognito, omnia falsitate parentis mendacissimi, iam ueri parentis Christi uestigia sequi omnis homo non moratur, agnoscens quotidie per enigma: compleri enim cognoscimus prophetiam Hieremix beatissimi ita dicentem: Clamauit perdix, collegitque, non parturit, faciens sibi diuitias non cum sapientia, in medio dierum derelinquent eum, & in postremo erit insipiens. Quod nunc deserentes quotidie omnes gentes idololatriam mortiferam inimici, Christum etiam uerum dominum de lege & Prophetis audientes, eumque cum patre semper esse credentes ac recordantes, & que ad eum modis omnibus supplices properant peruolare, ut compleatur prophetia: Recordabuntur & conuertentur ad dominum Christum omnes fines orbis terrarum.

Cata

CATALOGVS EORVM QVI
ante aduentum Christi hereseos
arguuntur.

Ophite.

PRimi sunt Ophite, qui dicuntur Serpentine, isti colubrum uenerantur dicentes: quod hic prior initium nobis scientie boni & mali attulerit. Vnde ei Dominum inuidisse asserunt: quia scientiam primus detulerit mulieri bonae rei atque malae, perque illam ita ad genus omne hominum permanuerit, propter quod & de caelo primo deiectus est, inquitur, in alterum: unde eum & de caelo aiunt aduenturum, & uelut aliquam dei uirtutem esse eundem estimant, atque eum adnuntiant adorandum.

Caiani.

CAiani, qui Cain laudant fratricidam, primogenitum patris nostri ac beati Aede protoplasti: dicentes ex altera uirtute, id est, diaboli Cain factum, ex altera autem Abel beatissimum natum, & uirtutem maiorem, quae erat in ipso Cain inualuisse, ut suum interficeret fratrem.

a 2

Sethiani

*Sethiani.*

Sethianorum heresis, que Seth filium Adæ postea genitū, hocq; appellatū nomine ueneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo & Sethiani appellantur, colentes eum & dicentes: quod duobus creatis hominibus in initio, & angelis in dissensione constitutis, tenuit uirtus in cælo fœminea: Apud eos enim masculi & fœminę, dii deaq; esse putant. Quod peruidens, inquit, mater, quia occisus est Abel iustus, cogitauit ut pareret iustum Seth, in quem & collocauit magne uirtutis spiritū, ut possint destrui uirtutes inimicę. De Seth aut ipso Christū dominū genus deducere aiūt: Quidam autē ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam ipsum Christum esse asserunt atq; opinantur.

Dositheus.

Dositheus quidam postea, Iudæus genere, ausus est dicere secundum carnem solum esse uiuendum in lege domini, deq; ea non sperans resurrectionem

rectionē futuram: nec dei spiritū, nec angelum esse credens, nec futurū iudiciū de lege atq; Prophetis expectans.

Sadducei.

Sadducei post istum, a Saddoc hocmine Iudæo qui hoc nomine uocabat, qui discipulus fuit illius, qui & cōfirmavit hanc heresim, ut ex eo Sadducei dicerentur: Secundum carnem æque solum predicat uiuendū, circumcidendum, corpusq; baptisandum. De lege autem diuina nō aliud expectantes, epicuream dementiā potius quam diuinę legis iura sectantes. De quibus & in Euangelio scriptum est, docente Domino, contraque hanc heresim pestiferam predicante.

Pharisæi.

Pharisæorum alia est, quę resurrectionem futurā confitet, legem accipit & prophetas, Christum autem expectat ut iustum hominem. Hi iudaizant, & Euangelia non accipiunt, & quædam tēpora Christo domino nostro esse contraria asserunt.

a 3 Samari

*Samaritani.*

Samaritani, à Samario rege ita nūcupati sunt: Alij autem aiūt à filio Chanaam, qui hoc nomine Samarius uocabatur, à quo Samaritani sunt appellati. Isti legē accipiunt Mosi, id est, quatuor solum libros, iudiciū futurū non expectātes, resurrectionē negantes, Christum dominum dei filium in lege & prophetis nunciatū ante non credentes. Animā etiā immortalem habere hominē iuxta legem nō sentientes. Solum aut hoc in corpore uiuē dum esse putātes, resurrectionemq; futurā in pcreatione filiorū, que in hoc seculo fit quotidie hanc estimātes, etiamq; predicantes uanitatē: insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in propheta: Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, & similis eis factus est.

Nazarei.

NAzararum heresis est, que legē & prophetas accipit, carnaliter

liter tamē uiuendū affirmat, omnemq; iustificationē in carnali obseruantia cōsistere suspicat. Crines etiā nutriendes capitis, omnemq; uirtutē iustitię in eo putantes cōsistere, quasi à Sampsonē illo sibi hoc presumentes iudiciū, quia Nazarei uocabant, à quo postea Pagani fortes uiros ex illius figura usurpantes, Hercules nuncuparunt.

Esseni.

Esseni aut sunt, q monachorum uitā exercēt, escas delitiosas non sumentes, nec studiū in uestimētis gerentes, nec possidentes aliquid: lectio nī autem & bonis operibus insistentēs, in locis etiā separatis habitantes, Christum autem dominū dei filium non expectantes, nec in lege atq; prophetis eum dominum agnoscentes annuntiatum, sed ut prophetā, aut iustum hominem solum credentes expectant.

Heliognosti.

Heliognosti, q & Deuictiaci dicuntur, Solem adorantes, atq; dicētes, Solem scire omnia que dei sunt:



Homines etiā non alium, nisi solem il
lumina re, Solemq; eis prebere omnia
nutrimenta: non cognoscentes, quod
in seruitute positus cursum suum pera
grat à deo patre per Christū dominū
in sancto spiritu statutū quottidie. De
quo scriptum est: Qui dicit soli oriri et
oritur, & non oriri, & non orit. Quem
Hermes ille uanus paganus Trisme
gistus docuit, post dominū omnipotē
tem non aliū nisi Solem debere ipsum
& homines adorare, qui cū ad Celta
rū provinciā prexisset, ipse eos digno
scit̄ docuisse, atq; huic errori ut succū
berent eisdem suasisse. Quē Solem lu
dei captiuati adorabāt, ut Ezech. Pro
pheta eosdē Iudeos inculando cōdem
nat, et acius crimē maiestatis declarat
& arguit cōtestando sicut scriptū est.

Ranarum cultores.

A Lij sunt, qui ranas colunt, quas
sub Pharaone per irā dei tūc tē
poris Aegyptiorū terra emanauit, ut
putore Aegyptios defatigent, inq; eo
scelere adhuc pseuerāt, putātes dei irā
ex

ex hac uana obseruātia posse placari.

Musorite.

M Vforita sunt quidam nomine,
qui sorices colūt, qui sub Belo
quoq; sacerdote, cū fuisset capta arca
testamenti ab Allophylis, atq; ex ira
dei produxisset terra sorices, ut eorum
fruges deperirent, admonitū à suis fece
runt aureos mures, atq; eos cū arca &
sedibus auribus remisertunt quinq; sta
timq; ab eis desijt pestilentia. Legē ita
que & Propheas isti accipiētes, non
cognoscūt hoc esse uanum & abomi
nabile, quod ab uniuersis contemnit,
& modis omnibus deridetur.

1 Reg. 6.

Musca Accaronita.

A Lij sunt, qui muscam Accaron
colūt in ciuitate dicta, ut in Re
gnorū libro scriptū est: sicuti rex Ozi
as Iudeorū languēs miserat ad muscā
Accaron ciuitatē, si sanus fieri posset
de languore corporis, cuius causa bea
tus Helias iratus zelo diuino Prophe
ta, quia non à deo salutem Iudaeorum
rex sperare maluit, sed à Musca poti
us, &

a s us, &



us, & Accaron ciuitate: Iratus in hoc beatus propheta non eum euasurum, sed moriturum in lecto suo ilico diuino spiritu pronuntiauit.

Troglodite.

Troglodite, qui ita dicuntur in Iudeis, qui in speluncis habitantes abditis, idola colere non desinebant, ut ait Ezechiel propheta, monstrante Domino quomodo in speluncis absconditis seniores populi tenentes turbula, idolis sacrificabant, atque ea caecis mentibus adorabant.

Fortuna cœli.

Alia est heresis in Iudæis, quæ reginam, quam & Fortunam cœli nuncupant, quæ & Cœlestem uocant in Aphrica, eiq; sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam propheta Ieremias Iudæi tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis, & seruire domino, solumq; eum adorare eos debere, irati exclamant, dicentes: ex quo illi fortunæ cœli, siue reginæ non sacrificant, ex eo cuncta illis mala & pericula

cula contigisse. Propter quod beatus Ieremias exiens de populo, de quæ ciuitate eorum, lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, ca sumque illis atque ciuitati aduenturum non multo post nuntiabat.

Bahalite.

Sunt & Bahalite in eis, qui Bahal nomen regis Tyrionum detinentes memoria, atq; ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in Regnouum libro continetur, cum rex Israelitarum Achab, & Hiezabel uxor eius, illi idolo sacrificare non desinerent. In quo zelo ductus diuino beatus Helias propheta missus a domino, ait eis sub nomine iudaismi legem consentibus, impietati autem penitentia se paganæ seruientibus, & omni populo ita dixit: Vt quid uos claudicatis in utrisq; poplitibus uestris: aut deo deo, aut Bahal Bahal. Et nihilominus fauens lucorum sacerdotibus rex atq; regina, diuersis poenis & cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis, crebris captiuitatibus interit.

Astarite.

Astarite.

Alij sunt, qui Astar hominem,
& Camos abominationē Cha/
nancorū, & Sydoniorum, id est, idola
hominū ac mulierū uenerabānt, atq;
eisdem diuersa offerebant sacrificia,
quorū causa & captiuitas illis regibus
& populo tunc temporis permittente
domino sepius aduētabat, sicuti in Re/
gnorū libris cōtinet. Preter Dauid be/
atum regem, & Ezechia sanctum, &
Iosiam, & Iesu filiū Naue: Alij omnes
permittebant populos sacrificare ido/
lis, ac sepius cum illorū interitu & ipsi
uersabantur, non ea destruentes, sed
magis impietatis eorum fautores fieri
properantes ut reges ceteri, sicuti libri
Regnorum contestantur.

Heresis de idolo Moloch & Rempham.

Alia est heresis in Iudæis, de qua
dominus prophetās inculabat
eos, deq; ea beatus Stephanus martyr
increpabat dicens: Nunquit immola/
tiones & sacrificia mihi quadraginta
annis obtulistis domus Israël, dicit do/
minus

minus omnipotens: & nunc suscepistis
tabernaculum Moloch, & sydus dei
Rempham, formas fixorū idolorum
sculptiliū. Propter qd dicit dominus,
trāsmigratione uos faciam captiuari
in Babylone atque Persarum, & inte/
riora loca alia & arida, & in postrema
terrarum omnium.

Heresis de ara Tophet.

Sunt & qui aram collocantes ita
dictā Tophet nomine alicuius in
ualle filij Ennon, ibidē suos filios, & fi/
lias Iudæi demonijs immolabant. De
quibus dicit dominus per prophetam
Ezechielē: Ecce filii hominis, uide qd
facit populus Israël, iste filios & filias
suas in ualle Tophet immolat demo/
niji, quibus ego non mandauī hanc fa/
cere iniquitatem in Israël populo.

Puteorite.

Puteorite sunt qui puteos colunt,
in altum fodientes, deq; eis hauri/
entes quasi aquā salutis in ea sperātes
aliquā, cum dicat Dominus per Pro/
phetam monendo: Me dereliquerunt
fontem





fontem aque uiuæ, & foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquã salutarem. Quod ergo ante dicebat per prophetam, in sua diuina complebat presentia, dicēs: Omnis qui ex hac aqua terrestri biberit, rursus sitiet: de aqua aut quã ego ei dabo non sitiet in eternũ, quã ego ei dederò, sibi biberit nõ sitiet in eternũ, sed erit ei saluens in uitã eternã: Quippe erit gratia Christiani baptisimi salutaris humano generi cõcessa à domino saluatore.

Hæresis ob æneam serpentem.

4. Reg.

19.

Hæresis est quoq; in ludæis, quæ serpenti sacrificabat, & usque ad Ezechia regem ludæorum eandẽ impietatem celebrabat. Serpenti enim in libris Regnorum usque ad Ezechiam sacrificabat ereo populus ludæorum, quẽ Moses facere iussus fuerat in exitu Israël de Aegypto, cũ à serpētibus moderentur ludæi murmurantes, atq; deperitẽr iniqui, iussit dominus ut faceret Moses serpentẽ ereum, ac suspenderet eũ in medio populi supra lignũ &

& qui intuebant in eum saluabant à plagis atq; diuersis uulneribus: Illi ergo serpenti æreo usq; ad regẽ Ezechia sacrificabat ludæorum populus, formationes etiã in lapide magno, uelut obelisco, q; erat in templo positus pro columna, et in eo incisiones & impressiones manu hominũ, & ut literarum quarundã sculentes ludæi, & formulas diuersas tollentes, & ponẽtes in lamina baiulabãt in collo: incatationes etiam docẽtes, & uelut philacteria habẽtes, imò potius exercẽtes maleficia eadem percolebant, atq; inde alligaturas & tutamina suo portabant & portant in pectore, quæ dominus ubiq; in lege uetuerat fieri: quia pagane cecitatis hæc erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias rex impressiones siue sculptiones deleri iussit, atq; ferro radipenitus atq; excindi, ereum etiã serpentem deponi atq; frangi precepit: pro quo merito est liberatus à domino de obsidione tanta Persarum & Assyriorum, tunc temporis qui uenerant captiuare



ptiuare Iudæorum populum, atq; ciuitatem, ut illa nocte, qua timebat Barbaros rex Ezechias, angelus domini de cælo descenderet, centumque & octoginta quinque milia alienigenarum obsidentia ciuitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimis atque mortuos mane regi, omnique Iudæorum populo demonstraret.

Hæresis subterraneis in locis ad omnem turpitudinem apta.

Alia est hæresis, ut Ezechiel Propheta dei iussu peruidit, sub terra in spelunca stantes septuaginta uiros seniores Iudæorum, tenentes thuribula, diuersisque formarum sculptilibus sacrificantes eosdem, atque eadem adorantes.

Hæresis mulierum cum Thamur simulachro.

Est & alia hæresis Iudæorum, quam sub spelunca iussu dei cogit peruidere propheta, mulieres sedentes & plangentes quendam Thamur nomine, qui filius fuit regis gentilium, cuius Iudææ mulieres simulachrum cum fletibus

bus adorabant, impietatemque gentilium colentes, ei offerre sacrificia non desinebant: Thamur enim Pharaon ille dicebat rex Aegyptiorum, qui sub beato Mose Aegyptijs præsidebat illo tempore.

Belitæ.

Alia est hæresis in Iudæis, que multorum quasi hominum, multarumque mulierum percolens idola, Bahalitarum speluncis absconditis eisdem offerre sacrificia non desinebant, scriptura dicente, quasi multorum atque multarum fuisse numerum. Hoc autem autem Belo rege, qui orientem potentem regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius uxore & filijs, filiabusue, ita ex parentibus editis omnem eorum progeniem processisse monstrabat, ut ex eis Bahalita *Bahalitæ.* litæ appellarentur: Nam ut est genus, aut Græcorum, aut Anitiorum, & aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerferit progenies, ut ex uno nomine impia generatio Belitæ dicerentur: Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, & progenies illorum itidem sepulta in eo

b loco



loco hoc nomine à suo populo meruit à posteris nuncupari, ut Belitæ appella rentur à sua generatiõe pristinã. Belus aut̃ siue à proprio nomine, siue à fortitu dine belli, quia multos superabat tunc temporis, hoc nomen aut cognomen habere sortitus est, deq̃ hac re Iudeorũ populus impietate gentiliũ sequendo à diuina scriptura accusat̃, quod sacrifi cates illis, id est, regibus, & eorũ filijs, omniq̃ cognationi illorũ, sequentes di uersis captiuitatibus tradebantur.

Hæresis cum Bahal idolo.

ALia est hæresis in Iudeis, quæ Ba hal idolum, aut Balaam pseudo prophetam, qui de Mesopotamia ad uenerat contra Mosen beatissimum asserunt nomen accepisse: qui Balac tunc temporis rex Moabitarũ illum ro gauerat, ut ad eum iret, & malediceret populo Iudeorũ. Et quia ut Propheta in scripturis ante dicebat̃, contempto aut̃ precepto Domini ad Pseudopro phete postea descendit interitũ, contra dei populũ cogitando, Iudei ut paga
ni

ni sub hoc uocabulo idolum facientes ipsius, colere illud non desinebant.

De Phitonissa muliere hæresis superstitiosa.

ALia est hæresis de Phitonissa, qua cooperiētes uestimētis mu lierem, ab ea quedã responsa sperabāt posse cōsequi: unde & aiunt Phitonis sam illam beati Samuelis animã ab in feris excitasse: atq̃ inde maxime credi posse homines usq̃ hodie plurimi su spicatur, quæq̃ dixerat regi Sauli super stiti Propheta beatissimus, ea etiam in executione quasi ei iterũ responsa di xisse cognoscit̃ uera: Cumq̃ plurimi huic adquiescere mendacio malint, in perpetuũ descendũt interitũ, cum Pro pheta dicat: Iustorum animæ in manu Domini, & non tangit eas mors. Quo modo itaq̃ anima impia piã sanctamq̃ animam, & Prophetam maxime pote rat ab inferis excitare: Sed quia ignorant quod recedentes animæ à fide Christi Domini, deditas iam se impietati faci unt, atque ei omni se studio subiiciunt: quia arbitrij sui est omnis homo, quod
b 2 uelit



uelit ut eligat facere permittente deo. Sed quia recessit à Domino, ut immundus spiritus iam ei dominaretur, dubijs & claudicantibus in lege diuina, quod dixit beatus Helias: Aut deo deo, aut Bahal Bahal. Qui enim adhæret Christo unum corpus est, & qui immundo spiritui unus consensus est. Et Achab rex Iudæorum, cum crederet Sedechie, & alijs falsis Prophetis, uerumq; Prophetam Domini Michæam contemneret, interrogat Dominus immundum spiritum, adhuc bonitatis loco regi concessio à Christo Domino usq; ad tempus aliquod: ut si uellet credere Prophetæ uero procellam periculi deuitar: si nollet, magisq; crederet Pseudo prophetis sine dubio deperiret: Ita em̄ interrogat Dominus immundum spiritum dicens: Quis seducet regem Achab Israëlitarum, ut uadat in pugnam & ibi interficiatur? Et ecce immundus spiritus aduenit dicens: Ego uadam & faciã. Et ait dominus ad immundū spiritum: quomodo id facies? Et ait immundus

us spiritus ad dominum: Faciam me quasi angelum lucis, & uerba similia eloquar, & ducã eum in prelium atq; ibi eum deseram, & sic morietur. Et ait dominus ad eum: Vade, sic facies. Ideoq; & Apostolus ait: Non magnum est, si & Satanas transfiguret se uelut in angelum lucis, cum ipsius fatellites transfigurantur, & ita decipiunt multos uisu, uerbo, aut persuasione non alterius rei: quippe uisu quasi uerisimili, ut cum uerbis ueluti similibus, & uisibus quasi bonis & non malis in tempore uolunt credere atque eis inherere, homines ineuitabilem æternæ mortis incurrãt sententiam, diuersisq; post exitum corporis pœnis & cruciatibus pessundentur. Quod & regi Iudæorum illo tempore periculum superuenit, quod falsis magis quam ueris dei prophetis credere maluisset.

*De Asthar & Astharoth simula
chris heresis.*

Est heresis in Iudæis, quæ Asthat, & Astharoth post Mosi defunctionem,



ctionē succēSSIONēq; Iesu filij Naue
colentes ad captiuitatē gentilium tra
debant: Nam & Asthar & Astharoth
homines & fœminas, figurasq; eorū
colebant, quę nomina regū Syriorum
fuerūt & Aegyptiorum, quorum filij
filieq; cum à suis populis colerentur,
post etiam templa illis facientes, post
mortem illorum progeniē ibidem se
pellentes, deorum dearumq; eis nomi
na offerebāt cum sacrificijs itidem: nā
asturtiū est in Syria aliqua diuersa &
plurima, quę de gente Chananæorū
omnis hæc illo tempore exarsit impie
tas, quā Moses gentem cum omni suo
populo eradicare iubebat à domino.

Herodiani.

ALij Herodiani sunt, ab Herode
rege Iudeorū ita appellati: isti
resurrectionem confitentur, legem &
prophetas accipiūt: Herodem autem
regem Iudeorū percussū ab angelo,
iplum ut Christū sperātes expectant.

Cata

CATALOGVS EORVM

qui post Christi passionem
hæreses arguunt.

Post passionem autem Chri
sti domini nostri, & ascen
sionem in cœlum, Simon
quidā fuit Magus, genere
Samaritanus, de uilla, quę est Citheus
uocitata, qui magicis uacans artibus
multos fallebat: dicēs se esse uirtutem
quandam dei, quę supra omnes uirtu
tes esset. Quē Samaritani quasi patrē
uenerant, & sue hæreses institutorē
pernitiose extollūt, multisq; cum lau
dibus preferre nitunt, qui baptizatus
à beatis Apostolis, recessit à fide eorū,
sceleratamq; & pernitiosam hæresim
seminauit, dicens se transformatū pu
tatiue, id est quasi umbrā, & ita se pas
sum fuisse, cum non, inquit, pateretur.
Qui & audebat dicere mundum ab an
gelis factum: angelos autem factos
à quibusdam sensibus de cœlo prædi
tis, eosq; sefellisse genus hominum.

b 4 Intel



Intellectum autem quendam alium
asserit esse, qui descendit in mundum
salutis causa hominum. Helenā illam,
inquit, quæ in Troiano bello à Poëtis
uanissimis edita nuntiā, & uirtutes,
inquit, quæ mundum fecerant, concu-
piscencia ducte illius Helenæ, seditio-
nem mouebāt: Ista enim dans, inquit,
concupiscenciam illis uirtutibus & in
figura foemine apparens, ascendere in
cælum non poterat: quia uirtutes in
cælo quæ erant, non eam permittebāt
ascēdere: expectabat autem uirtutem
aliam, id est, Magi ipsius Simonis pre-
sentiam, quæ eam saluaret adueniens.
Ligneum etiam equum, quem Poëtæ
uanissimi dicunt in Troiano bello fu-
isse, per allegoriam asserit quod illa
machina ignorātia erat uniuersarum
gentium impiarum, cum cōstet illam
Helenam, quæ cum mago erat de Ty-
ro, meretricem fuisse, hancq; eundem
Simonem magum fuisse secutam, &
cum eadem diuersas magias, diuersaq;
scelera perpetrasse. Qui cum fugeret
beatum

beatum Petrum Apostolum de Hie-
rosolomitana ciuitate, Romanæq; ue-
niret, ibiq; pugnaret cum beato Apo-
stolo apud Neronem regem, deuictus
undique oratione beati Apostoli, at-
que percussus ab angelo, sic meruit in-
terire, ut eius magia euidens menda-
cium cunctis hominibus patefieret.

Menandrus.

Post hunc Menādrus quidam no-
mine, q̄ discipulus factus ipsius,
impietate eius est secutus in omnibus.

Saturninus.

Saturninus quidam paulo post &
ipse sumens inde fomenta doctri-
nae mortifere, asseribat dicens: Mun-
dum ab angelis factum, & distare an-
gelos à uirtute illa, & mundum esse di-
uisum per ordinem angelis, & cogi-
tasse eos ut facerent hominem: fece-
runt itaque hominem: & opus inquit,
ipsorum erat homo: De uirtute enim
superna lumē dicunt fuisse dimissum,
quod illuminauit mundum istum, &
ad cōcupiscenciam adduxit angelos,
b s statimq;



statimq; ascēdit in cœlū: At illi cupidī ipsius luminis facti, uirtutē eius uidere cupiebāt: Non preualētes autē, ad inuicem dixerūt: Faciamus hominē secundum imaginē & similitudinē nostrā: & factō hominē, quia impotens erat, saluari non potuit: Videns itaq; uirtus superna, qd illi hoc fecerūt, misit scintillam, quę correxit hominē, & suscitauit, & fecit eum uiuere. Scintillam itaque uolunt saluari, alia autem uirtutibus illis quę fecerunt dimitti, ac derelinqui suspicantur: Christum autē umbratilit̄ apparuisse affirmāt, non carnem hominis ueram, & animam accepisse, atque omnem œconomiam mysterij Saluatoris ita compleisse.

Basilides.

Basilides, qui & Hæresiarches dicit̄ à multis, quia de lege & prophetis, & Apostolis proponēdo & loquendo, sentiēdo autē aliter, iura uolabat Christianę ueritatis. Qui cū uenisset Aegyptū, docebat ita definiens: de innato & solo deo natū fuisse intellectum,

lectum, de intellectu uerbū, de uerbo sensum, de sensu autem & uirtute sapientiam, de uirtute autē & sapientia principatus & potestates, & angelos factos diuersos: Ipsi enim angeli fecerunt cœlum, post illos alij angeli fecerunt cœlum, ita ex alijs alij prolati fecerunt tertiū cœlum, qui secundū ordinē & alij, inquit, fecerunt trecentos sexaginta quinque cœlos, & imponit uirtutibus illis nomina angelica, & ipse magijs uacās itidem multos imperitos decepit. Hominem autē ab angelis factum asserit: Dominum etiā uerum omnipotentē, & eum audet angelum dicere, & accepisse genus Iudeorum in hæreditatē, & eduxisse eos de terra Aegypti. Hic ergo audacior factus, elatus est, inquit, aduersus ceteros angelos, & uolēs in subiectione habere alios, habuit cōtrarias gentes, quas commouerunt uirtutes inimicę eius. Ideo & contra Iudeos diuersę gentes, inquit, surrexerūt. Christum autem dicit quasi per umbram putatiue passum fuisse. Simonam



Simonem etiam Cyrenum pro eo ad passionem uenisse affirmat: Ipse enim inquit, portauit eius crucē. Hic etiam male permittit uiuere, et dat licentiam uitijis secularibus inhærere: prohibet etiã pati martyrïum homines pro nomine Christi, dicens ita: ignoras quid desideras: non enim passus est, inquit, Christus, neq; crucifixus est: quomodo itaque potes, inquit, cõfiteri hunc crucifixum cum non sit crucifixus, & ignoras qui passus sit.

Nicolaus Antiochenus.

Nicolaum Antiochenũ aduenã qua sit amentia deceptus, uideamus, qui sub Apostolis fuit, atq; ab eis est electus diaconus septimus, ut scriptum est in Actibus Apostolorũ. Posteaq; recedens ab eis, atque à sana doctrina, diuersis erroribus & fallacijs pessundatus est. Qui fuit primum cũ Apostolis, & Stephano beatissimo martyre: qui dicit & ipse uirtutes esse plurimas, unde & Gnostici, qui scire se aliquid putãt, maxime emerferunt:
Isti

Isti Barbelo uenerant, & Noram quãdam mulierem. Alij autem ex eis Ialdabaoth quendam, alij autem Calacianum hominem: Dicunt autem & dogmata ponentes ista: Ante erant solum tenebre, & profundum ex aqua, atque terra diuisio facta est in medio, & spiritus separauit hæc elementa. Tunc ergo tenebras intuentes in spiritum genuerunt quatuor Aeonas, & isti quatuor genuerunt alios quatuor Aeonas: Hoc autem dextra atque sinistra lux, inquit, sunt, & quẽdam etiam concubuisse cum illa muliere & uirtute dicunt, de qua nati sunt dij, & homines, & angeli, & septem spiritus demoniorum. Addunt etiam prophetas quosdam natos de ea specioso nomine & Barraban. Alij autem Euangelium consumationis, & uisiones inanes, & plenas fallaciã, & somnia uide re diuersa asserunt delirantes.

Heresis ab Iuda traditore.

Alij autem ab Iuda traditore instituerunt heresim dicentes: bonum



num opus fecisse Iudam, quod tradiderit Saluatore: Hic enim, inquit, nobis omnis scientie bonae autor extitit, per quem caelestia nobis mysteria manifesta sunt: Virtutibus etenim in caelo non letibus pati Christum, & scientibus quod si fuerit passus, uitam hominibus donaturus sit: Hoc sciens, inquit, Iudas, quod si fuerit passus Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc tradidit Saluatorem. Hoc autem malum adfertio nis impie quibusdam uanis & uecordibus quasi uerisimile uidetur esse interdum, cum sit in omnibus contrarium & execrabile, cum propheta Dauid ante, & dominus saluator damnauerit, & beati Apostoli sententiam domini aduersus eum confirmauerint edocentes.

Carpocras.

Post istum Carpocras nomine surrexit, & ipse dicens: Vnum principium, de quo principio, id est, de deo, prolationes factae sint angelorum atque uirtutum: quae autem uirtutes deorum sint,

sint, fecerint creaturam istam uisibilem ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de uirgine Maria, & diuino spiritu natum, sed de semine Ioseph hominem natum arbitrat, de quo eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur. Qui post passionem, inquit, melior inter Iudeos uita integra, & conuersatione inuentus est, cuius animam in caelum susceptam predicat: carnem uero in terra dimissam estimat, animi quoque salutem solum, carnis autem non fieri salutem opinatur.

Cerinthus.

Cerinthus successit huius errori, et similitudini uanitatis, docens de generatione itidem Saluatoris de quo creatura angelorum, in nullo discordans ab eo, nisi quia ex patre solum, legi consentit quod a deo data sit, & ipsum dominum Iudeos esse existimat, qui legem dedit filiis Israel. Docet autem circūcidi, & sabbatizari, & Christum nondum resurrexisse a mortuis, sed surrecturum annuntiat. Apostolum Paulum non accipit,



cipit, Iudam traditorē honorat, Euangeliū secundum Matthæum solum accipit, tria Euangeliā spernit, Actus Apostolorum abiicit, beatos martyres blasphematur. Hic sub Apostolis quæstionem seditionis commouit, dicens debere circumcidi homines, cuius causa contra illum, & hæresim eius decreuerunt in suis Actibus Apostoli sententiam, non debere iam homines Iudaismo, id est, circumcisioni, alijsq; talibus superstitionis uanæ parere carnalibus, qui de gentibus uenientes credebant in Christum dominum nostrum saluatorem.

Hebion.

Hebion discipulus Cerinthi, in multis ei similiter errans, Saluatorem nostrum hominem de Ioseph natum carnaliter æstimabat, nihilq; in eo diuinitatis fuisse docebat, sed sicut omnes prophetas, sic & eum gratiam dei habuisse adseribat, non tamen dominum maiestatis, et dei patris filium, cum patre sempiternū esse credebat,
cum

cum diuinæ scripturæ Dominum sempiternum, cum patre uero eque sempiterno ubiq; testentur ac prædicent.

Valentinus.

Post istum Valentinus quidam surrexit, Pythagoricus magis q̄ Christianus, uanā quandam ac perniciosam doctrinam eructans, & uelut arithmeticam, id est, numerositatis nouam fallaciam prædicans, multorumq; animas ignorantium captiuauit. Et in primis quidem fuit in ecclesia, elatior autē factus postmodum, errore nō paruo deceptus est, degensq; in Cypri prouincia, cœpit hoc definire: Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi profundum maris & Silentium, quod Poëtæ chaos adserunt, deq; hoc Profundo & Silentio edocēs processisse Intellectū, & Veritatē, de Intellectu autē & Veritate, Verbū & Vitam: de Verbo autē & Vita, hominem & ecclesiam: de homine autem & ecclesia processisse duodecim Aeonas, id est, secula: & de uerbo & uita decem Aeonas processisse: De
c Intelle



Intellectu autem & Veritate octo Aeonas, & esse hanc *επιάνορτα* seculorum, id est, triginta Aeonas. De ogdoade ergo & decade, & duodecade consistere triginta Aeonas deliberat. Dicit autem Christum à patre, quem Profundū nomine appellat, ad totius mundi salutē fuisse dimissum, de cęlo eum carnē detulisse, nihil autem accepisse de sancta uirgine, sed ut aquā per riuum, ita transisse per eam affirmat. Animam ergo solam saluari, corpus autem hominis non saluari arbitratur.

Ptolemeus.

Alij sunt successores ipsius, Ptolemæus, qui doctrinam eque uanam intulit, dicens quatuor esse Aeonas, & alios quatuor, nouum quid uolens commenti falsi decernere, quā Valentinus doctor eius est euentus.

Secundus.

Post hūc quidā Secundus nomine, Aeonas similiter docēs factos, adserit tamen infinitos. Christum autem quasi per phantasiā apparuisse, id est, ueluti

ueluti umbrā humano generi, & nō ue tam carnē hominis habuisse suspicat.

Heracleon.

Post hunc Heracleon discipulus ipsius surrexit, dicens: principium esse unum, quem Dominum appellat, deinde de hoc natū aliud, de cę his duobus generationem multorum asserit principiorum, cum suis itidem delirās doctoribus.

Marcus.

Marcus autem quidam post istū successor eius, numerū & mensuram, & calculum, rationē etiam computationis faciens literarum, quasi uerū similis & cuiusdam rei nouæ inuentor, cum estimaret à quibusdā se posse laudari, non in paruam itidem erroris incurrit amentiam: dicit enim ita, uiginti quatuor literæ sunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Christus, inquit, dicebat: Ego sum *α & ω*. Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus descendet ad Iesum in figura & similitudine columbæ, &



Christum ipsum columbam esse docebat, quæ descendit, inquit, ad duodecim Aeonas, id est, ad duodecim Apostolos, & unum ex eis cecidisse, id est, Iudam estimabat: Christum autem putative dicit apparuisse, & passum fuisse quasi per umbram, non tamen uere passum corpore arbitratur.

Bassus.

Post hunc C. Bassus, similiter in literis & numero elementorum astrorum septem, uitam omnium hominum, & generationem consistere assererat, non in Christi maiestate & potentia, neque in ipsius carnali presentia ueram hominum sperari salutem aduertebat.

Septenario numero omnino constare.

Cerdon.

Cerdon autem quidam surrexit post hos, peius suis doctoribus predicans, qui cum uenisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse principia, id est, unum deum bonum, & unum malum: & deum quidem bonum, bona facere, & malum, mala. Iesum autem salutarem non natum asserit de uirgine, nec

nec apparuisse in carne, nec de coelo descendisse, sed putative uisum fuisse hominibus, quæ non uidebat, inquit, uere, sed erat umbra: unde & putabat quibusdam pati, non tamen uere patiebatur.

Marcion.

Marcion autem discipulus eius, genere Ponticus, de ciuitate Sinope, urbem Romam deuenit, ibique degens sceleratam heresim seminabat, atque interrogans presbyteros sanctos ecclesie catholice, sensus sui eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: Quid est quod in Euangelio dicente domino scriptum est: Nemo pannum rudem mittit in uestimentum uetus, neque uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpentur utres, & effundetur uinum? Et iterum: Non est arbor bona, quæ faciat malum fructum, neque arbor mala, quæ faciat bonum fructum. De quæ hoc accipiens interpretationem à sanctis presbyteris non acquiescebat ueritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium,

c 3 &



& iste similiter unum deum bonū, & unum malum annuntians, Christum autē putatiue apparuisse, id est, quasi per umbrā, & passum eum fuisse umbratiliter, nō tamē in uera carne credebatur. Secundū Lucā autē Euangeliū solum accipit, nō euangelia, nec Epistolas Pauli Apostoli, nisi ad Timotheū, & Titum: q̄ enim de Christo dicūt, ut de deo uero, præterit: quę autem quasi de homine dicunt scripturę, ea accipit capitula, & neque Christum iudicem esse omnium cōfitemur. Qui deuictus atque fugatus à beato Ioanne Euangelista, & à presbyteris de ciuitate Ephesi, Romę hanc hæresim seminabat.

Lucanus.

Lucanus post istum quidam similia Marcioni statuens ac decernens, ut ille doctor ipsius Marcion est in omnibus ementitus.

Apelles.

Fuit Apelles discipulus eius, similia in quibusdam Marcioni prædicās, qui interrogatus à quibusdam, quoniam

nam modo de fide sentiret, respondit, non mihi opus est dicere à Marcione, ut duo principia adserā coeterna: ego enim unum principium esse prædico, quem deum cognosco, qui deus fecit angelos, fecit etiam alteram uirtutem, quem deum scio esse. Secundū, qui & uirtus dei est, quę fecit illum. Hic autē deus qui fecit mundū, non est, inquit, bonus, ut ille qui fecit illum: subiectus autē est deo illi, à quo & factus est iste, qui & nutui & iussioni et præceptis pareat illius in omnibus: Cuius Arriani nunc consortes sunt atque fautores, sic prædicantes atque sentientes. Dicit autem Christum in carne apparuisse, nō tamen sicut Valentinus de cōlo carnem desumpsisse: Ait etiam post passionem non carnem surrexisse, sed de quatuor elementis, quę de mundo acceperat, eaquę in terram dimisisse, ipsum in cœlum sine carne ascendisse asserit. Sub Apostolis itaque hæ fuerunt hereses per ordinem.

c 4 Catalogus



CATALOGVS HAERESEON
quæ sub Apostolis extiterunt.

Tacianus.

Post Decij aut̄ persecutionem fuit Tacianus quidam discipulus sancti Iustini martyris, qui recessit à ueritate post passionem ipsius: doctrinamq; tãtã ac tã beati martiris, & magistri cõtempnit in omnibus, dicens Aeonas quosdam de cœlo fuisse prolatos. Addens etiã hoc: Adam patrem nostrum protoplastum nõ saluari, Aeonas autẽ nuntians sicut Marcion delirauit. Qui etiã generationem hominum execratur, & ius nuptiarum legitimum abiicit, idẽq; iuris à deo statutum non confitetur.

Cataphryges.

Alij autem post istos surrexerunt Cataphryges, in Phrygia prouincia habitantes, isti prophetas & legem accipiunt, patrem & filium & spiritum confitentur, carnis resurrectionem expectant, quæ & catholica ecclesia prædicat: Quosdam autẽ suos prophetas,

phetas, id est, Montanum nomine, & Priscillam, & Maximillã annuntiat, quos neque prophete, neq; Christus nuntiauit: Addunt etiã plenitudinẽ sancti spiritus nõ per Apostolos Christo dãte fuisse cõcessam, sed per illos suos pseudopphetas æstimant impartitã, & separãt se à catholica ecclesia per illos suos pseudopphetas, & falsos doctores: Hi mortuos baptizant, publice mysteria celebrant, Peppuram uillam suam, quæ sic dicitur in Phrygia, Ierusalem appellant, ubi Maximilla, & Priscilla, & ipse Montanus, uitæ tempus uanum, & infructuosum habuisse dignoscunt. Vbi & mysteriũ t Cynicorũ, & infantis execranda celebrãt impietas: Dicunt enim eos de infantis sanguine in Pascha miscere in suum sacrificium, suisq; ita ubiq; emittere punitios & falsis satellitibus.

t Prisca

t Scenico rum.

Theodotus.

Post istos Theodotus quidã Byzatinus genere, denegator Christi dei nostri in persecutione extitit Saluatoris,



uatoris, q̄ coepit dicere, docēs ita: Cōmunis homo erat, ut omnes homines Christus. Hoc autē dicebat, ut denegationis opprobriū ab hominibus non amplius pateret, cogitās, quod si qui ei diceret, quare negasti Christum deum ac dominum: diceret, quod hominem negavi, non deum. Isti utunq̄ capitulis scripturarum, quę de Christo ueluti de homine edocēt: quę autem de deo dicunt, ea uero non accipiunt. Legētes & nullo modo intelligētes, impietatisq̄ paganę, & cęcitatē Iudaicę cōsortes se potius quā Christianę salutis participes demonstrantes.

Hæresis de patris & filij substantia.

Sunt alij dicētes *μετὰ υἱοῦ πατρὸς*, id est, filium intrare in patrē, & ut uas in uase inesse, ignorantes qd̄ asserant, cū Saluator non dixerit filium in patrem intrare, sed æqualitatis causam in diuinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, ut illi æstimāt, impartitam. Et separant se à catholica ecclesia, propter illos suos Pseudopropheta

dopphetas insaniūt, id sentientes, et nō intelligētes, qd̄ qualis immēsus est pater, talis est & filius, talis est & spiritus sanctus, equalis in omnibus, ita ut sit immobilis trinitas, immēsa, & omnipotens, atq̄ sempiterna ubiq̄, q̄ nobis nuntiat ex sanctis scripturis aperitissime, ut & sint tres personę uiuētes in perpetuum, & equales in omni maiestate, & potentia: filius tamen & spiritus sanctus de patre sint proprie.

De Melchisedech.

Post istos alij recedētes ab hīs dixerūt similia, addūt etiā Melchisedech sacerdotē uirtutē dei magnā esse, & nomina quædam diuersa hominū adserūt à fide catholica dissonātes.

Noëti ani.

Alij autē Noëtiani insensati, cuiusdam nomine Noëtiani: qd̄ dicebat patrem omnipotentē ipsum esse Christum, & ipsum natū, & ipsum patrem, & ipsum mortuū fuisse in corpore: hic etiam dicebat se Moſen esse, & fratrem suum Heliam prophetam.

Sabellius



Sabellius.

SAbellius post istum de Lybia discipulus eius, similitudinem sui doctoris itidem secutus est & errorem, unde & Sabelliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani, & Praxiani, à Praxea, † & Hermogene, q̄ fuerunt in Africa, qui & ita sentientes abiecti sunt ab ecclesia catholica.

† Hermogeniani à Hermogene.

Seleuci & Hermie heresis de deo corporeo.

QUæ est hæc uanitas Galatarum, Seleuci & Hermie hereticorū: qui cum uolunt deū esse corporeū, hylen etiam, id est, materiam mundi coæternam esse cum deo asserunt, & materiam quidem elementorum, quæ est sine anima, irrationabilis scilicet, quæ facta est à deo patre per filium ex nihilo, ut possit esse quæ ante non erat, nõ ita accipiunt: Spiritum autem hominis, id est, animam non factam à deo per filium, sed de terra esse aiunt: materiam autem aliquando à deo, aliquando esse à materia adserunt. Saluatorem autem

autem in carne negant sedere ad dexteram patris, sed expoliassè carnem, & posuisse in solem estimant: quia dixit propheta, cum nesciant quid dixerit: In sole posuit tabernaculum suum. Paradisum uisibilem affirmant ex Platone, & isti uanitatibus seruientes, & animas hominū de igne & spiritu esse estimantes, isto baptismo non utuntur, propter uerbum hoc, quod dixit Ioannes baptista: Ipse uos baptizabit in spiritu & igne. Isti angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum, non Christum saluatorem: Mundum autem istum infernum esse adserunt, & resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse predicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futurā atq; gloriosam annuntiant expectantes.

Mundus infernus.

Prodianite.

Alij sunt discipuli horum, q̄ Prodianite appellantur, & Hermite, addūt etiam diuersos errores, docentes: quod in Ezechiele propheta scriptum



scriptum est de quatuor animalibus, quod leonem regē esse pastorū, uitulum Aegyptiorū, aquilā Romanorū, hominem uero pijsimorum tenere similitudinem arbitrant. Hij Sapientiae libro utuntur Sirach illius, qui scripsit post Solomonē, id est, post multa tempora librum unū Sapientiae. Christum autem in carne uenisse negantes, resurrectionem & iudicium non sperātes, de uirgine natum eum non credētes, qui in locis Galatiae cōmorant, & ut uulpes latitātes plurimos depredant, sicut Solomon testatus est dicens: Prendite nobis uulpes minimas, exterminantes uineā domini saluatoris.

Floriani, siue Carpocratiani.

FLoriani etiam, siue Carpocratiani dicuntur, qui & Milites uocantur, quia de militaribus fuerūt, negantes iudicium atque resurrectionem, Christum natum de uirgine non credentes, omnemque resurrectionem in filiorum procreatione, nefandi coetus aestimātes consistere, ut in ecclesia sua post

*Sirach lib.
bcr.*

Cant. 2.

post occasum solis lucernis extinctis misceri cum mulierculis no dubitaue-^{Promiscua} rint, legis praecipuum implere putan-^{cōcubitus.} tes: Nascimini & multiplicamini. Iudaismo potius et paganitati parere nefandē, quā Christianae ueritati acquiescere properantes, pecudumque potius uitam & amentiam detinentes, quos & scriptura uitae pecudum cōparauit.

De Paschatis festo haeresis.

SVnt & q de die Paschae saluberrima ambigunt, adferentes quarta decima luna celebrandū esse Pascha, nō sicut ecclesia catholica celebrat: et mense Martio semper celebrandū adserunt: & cum hoc faciunt, diē nondominicam semper custodiunt Paschae, non computātes horas & dies, sed secūda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut sexta die celebrant, & ex hoc errore non cognoscūt diē Paschae domini nostri ueram, & salubrem unam orbiterrarū statutam, et confirmatā a domino cursu numerali lunae mensibus & embolismis, & cum hae non computant,



tant, ignorant quid celebrant.

Chilionetite.

ALia est hæresis Chilionetitarū, id est, mille annorum, quæ docet ita: Cum uenerit Christus de cælo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad uiuendum, generandum, & manducandum, sicut fit nunc in hoc seculo quotidie, ignorantescam cælestem, id est, immortalitatis illud præmium affuturum, non hoc caducum & transiens, cum dominus in Euangelio ludæis quibusdam hoc suspicantibus: Nescitis, inquit, scripturas, & uirtutem earum ignoratis: nam in die iudicij non nubent, neque nubuntur, sed erunt sicut angeli. Et iterum Apostolus dicit: Non est regnum dei esca & potus, sed iusticia, pax, & gaudium in spiritu domini sempiternum.

*Hæresis Euangelium Ioannis & Apocalyp
sin ipsius reijciens.*

Post hos sunt hæretici, qui Euangelium secundum Ioannem, & Apocalypsim ipsius non accipiunt, &
cum

cum non intelligunt uirtutem scripturæ, nec desiderant discere, in hæresi permanent pereuntes, ut etiam Cerinthi illius Hæretici esse audeant dicere, & *A. Cerintho* Apocalypsim itidē, nō beati Ioānis Euā *Eu ange-*gelistę & Apostoli, sed Cerinthi hære *liū ioan-*tici tunc ab Apostolis beatis hæreticus *nis adscri-*manifestatus, abiectus est ab ecclesia. *bitur.*

Manichei.

MAnichæi post hos de Perside à Mane homine, siue Turbone ita dicto surrexerunt, fomenta de illis pernitiōsa sumentes prioribus, qui duos deos, unum bonū, & unum malum esse adferentes, & pugnam inter deum & Dominum esse prædicantes, & hominis quidem animam de deo esse proprie putantes, corpus autem à diabolo factum arbitrantur. Resurrectionem negantes, iudicium non sperantes, demonia colentes, elementa adorantes, deorum dearumq; nomina, ut Pagani, inuocantes, & masculos feminas quasdam esse dicentes, & utriusque naturæ participes, & nefandę turpitudini serui
d entes



*Arche-
laus.*
entes, qui ab Archelao sancto Episcopo in disputatione superati, abiecti, atque notati, manifestati sunt uniuersis in illo tēpore, & ut latrones iam sub figura confessionis Christianæ multorū animas mendacio, ac pecudiali turpitudine nō desinūt captiuare, qui & in Hispania, & quinq; prouincijs latere dicuntur, multosq; hac quotidie fallacia captiuare.

Patriciani.

Patriciani à Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti sunt. Hij carnem hominis non à deo factam asserūt, sed à diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendā, & modis omnibus abijciendam decernūt, ut etiā ultro quidā de eis sibi mortem inferre non dubitauerint.

Symmachiani.

Symmachiani discipuli istius, eadē sentiētes in omnibus, nō sperantes iudiciū, uitijs secularibus & carnalibus cōcupiscentijs predicant seruiendum.

Paulus Samosatenus.

Paulus quidam fuit Samosatenus post hos in Syria, qui uerbum dei, id est,

id est, Christum deum dei filium substantiuum, ac personalem, & sempiternum esse cū patre denegabat: prolatiuum autem, id est, quasi aëra quendam dicebat, non tamen personam uiuam filij sempiternam cum sempiterno patre credendam docebat. Hic Christum hominem iustum, nō deum uerum predicabat, iudaizans potius, qui & circumcisionem docebat, unde & Zenobiam *Zenobia.* quandam reginam in oriente tunc temporis ipse docuit iudaizare.

Photinus.

Photinus doctrinam eius secutus, in omnibus similiter predicabat, inq; hoc mendacio perseverans, proiectus est de ecclesia Sirmiensium ciuitatis, à sanctis Episcopis superatus.

Ariani.

Ariani ab Ario presbytero Alexandriæ ciuitatis, qui sub Alexandro Episcopo bonæ memoriæ fuit, & Constantino sancto imperatore, dicens filium dei deo similem: nominatenus similem autem dicens, & non dei ipsius

d 2

patria



patris diuinā credendo substantiā, hæresim periculosam incurrit: nā & creatura similis deo dicitur, cū dicat scriptura: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Non tamen est homo, aut angelus, de deo proprie ac naturaliter, id est, de diuina illa substantia patris inenarranda, & sempiterna genitus, ut unicus filius, qui genitus est de patre proprie sempiternus, sed homo & angelus facti sunt ex nihilo: Filius autē cū sit uerus, oportet de diuina illa substantia patris genitus cognoscat: Verus em̄ deus alio modo esse non potest filius unicus, nisi sit de patris illa diuina substantia proprie genitus. Sēpiterna similitudo itaq; filij & secūdū opa, quia sicut facit pater, & filius similiter facit om̄ia, & dei ipsius est qualitatis diuina substantia genitus, q̄a de ipso natus est proprie sempiternus, nō factus ex nihilo ut homo, & angelus, aut creatura aliqua est.

Semiariani.

Semiariani sunt quoq; hij de patre & filio bene sentiūt, unam qualitatis

tis substantiam, unam diuinitatem esse credentes: spiritum autem non de diuina substantia, nec deum uerum, sed factum atque creatum spiritum predicantes, ut eum coniungant & comparent creature: cum Christus dominus patri & sibi in fide baptismi salutis eterne coniunxerit, eumq; cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iusserit, omniq; seculo eum uerum predicandum statuerit. Non intelligentes, quod Eangelista cum dicit: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, non de spiritu sancto dicit, quasi factum spiritum per filium: nam propheta trinitatem omnia fecisse uisibilia & inuisibilia definit, dicēs: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eis omnis uirtus eorum. In omni itaque creatura, quæ facta est per spiritum, non aliquid pretermisit quod nō per eum factum sit, alioqui in fide seruus cum domino non iungeretur, si esset creatura diuinus & sanctus spiritus. Cuius causa omnis scriptura, &

d 3 domi



dominus cōcedi omnia peccata homi-
nibus p̄ter blasphemiam diuini et adorā-
di spiritus cōlecti essentia p̄nūtauerit.

Eunomiani.

EVnomiani post hos ab Euno-
mio discipulo Arrij in omnibus
inimici uere fidei aiunt tres esse diuer-
sas qualitates substātiās ut auri, argēti
& gr̄is: & patrē quidē fecisse filium &
iterum filium, qui sit creatura, fecisse
spiritum: & adserunt filium non patri
esse similiem, quia creatura est: neque
spiritum filio similiem, quia à filio fa-
ctus est, magis impietati paganę, & in-
iquitati iudaicę consentientes apertis-
sime quam christianę doctrinę, ac si-
dei catholicę parere uolentes.

Heretis animam ueram Christum non habuisse.

Alij sunt, qui circa incorporatio-
nem aberrant, dicentes non ani-
mam ueram hominis rationalem acce-
pisse Saluatorē, sed corpus solum ho-
minis, & cum subtrahūt animam à cor-
pore, ueram denegant hominum salu-
britatem. Quomodo itaq; potest dici
anima,

anima, quæ non sumpta est à Saluato-
re: cum Saluator dicat: Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem. Alioquin
anima dici nō potuit, nisi esset in eo cu-
ius causa aduenerat: Itaque hæc utraq;
in comparatione Saluatoris, id est, cor-
pus erat & anima, quæ pro nostra salu-
te dignatus est sumere. Scire nos con-
uenit, quod & animā ueram hominis
habuit, intellectum habentem, & cor-
pus hominis sensum carnalem itidem,
ut & dolere possit corpore, & emori.
Tamē de sancto spiritu facta hæc cog-
noscit caro, & creata anima scilicet, si-
cut scriptum est in Euangelio: Spiritus
sanctus superueniet in te & uirtus altis-
simi obumbrabit te. Et quod animam
ueram habuit, dicens: Animam me-
am pro uobis pono. Et de carne passi-
bili ad Thomam: Quod spiritus non
habet ossa & carnem, sicut me uidetis.
Et Apostolus Petrus de Salvatore te-
stis est, dicens: Huius anima non de-
relicta est in inferno, nec caro eius ui-
dit corruptionē. Ex quo autē incarna-



tus est, & homo nostræ causa salutis,
& deus uerus credi, cognoscit, colit,
& in ecclesia catholica predicatur.

Tropita.

Tropita sunt, qui dicunt conuer-
sum uerbum in carnem, non in-
telligentes quod ait Apostolus Ioan-
nes: Verbum caro factum est, & habi-
tauit in nobis: Non attendentes, quod
uerbum est immutabile, & inconuer-
tibile, id est, deus dei filius: Caro autem
quam accepit pro nostra salute, ipse
eam formando adsumpsit, & induit no-
stræ causa incapacitatis. Ad eum uisen-
dum itaque res istæ in unum coniun-
ctæ pro nostræ salute, non mutationem
uerbi in carnem, sed assumptionem ma-
gis rei uisibilis declarabant, ut inuisibi-
lis per uisibilem carnem uideri possit,
credi atque cognosci, & ab humano
genere capaciter adorari.

Hæresis de passione Christi.

Sunt etiam hæretici, qui circa passi-
onem aberrant, dicentes: quod in
passione dimiserit deus noster Chri-
stus

stus carnem, & sic ascenderit in cœlum,
ut non sit iam in carne diuinitas: neque
enim post passionem resurrexit in car-
ne, neque cum carne ascendit, inquit,
in cœlum, cum salus omnis homi-
num in passione carnis ipsius, & resur-
rectione, & ascensione in cœlum con-
sistat, sine cunctatione nobis & creden-
tibus uniuersis: cum & Apostolis an-
geli dixerint pro nostra fide ac lætitia,
in actibus Apostolorum: Quod sicut
uidistis eum ascendentem in cœlum, sic
eum iterum sperate uenturum de cœlo.

Aërij.

Aërij, ab Aërio quodam sic ap-
pellati sunt, qui abstinentijs ua-
cant, & in prouincia Pamphilia quam
plurimi commorantur, qui & Encra-
tita dicuntur, id est, abstinentes. Hi
non possident aliquid, escas abomi-
nantur, quas deus cum benedictio-
ne humano generi tribuit, damnant e-
tiam de lege nuptias, non à deo insti-
tutas adserentes.

d 9 Borbo-

*Borboriani.*

Alia est heresis Borborianorum, qui uitij implicati seculi, & malis concupiscentijs seruientes, non sperant iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudant. Hij itaque in coenū euntes, & inde oblitū de coeno facies & mēbra sua deformantes, eadē re cunctis uelut culpandam dei creaturam demonstrantes: cū illa uorago culpārū & uitiorū perniciosa damnatio ex hominū uoluntate, nō legis diuine pmissioe descēderit.

Artotyritæ.

Artotyritæ sunt nomine, ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem & caseum offerūt, non illud quod ecclesia catholica & apostolica celebrat offerendo.

Ascodrogitæ.

Alij sunt Ascodrogitæ in Galatia, qui utrem inflatū ponunt & cooperiunt in sua ecclesia, & circumueunt eū insaniētes potibus, & bachanmentibus

mentibus more gentilium furentes, & non intelligentes, quod ait Saluator: utres novos sumendos, inq̄ eos nouū uinum mittendum, non in ueteres. Et cū sum suis cæcitatibus properāt inferuire, alieni modis omnibus christianæ salutis reperiunt, cū Apostolis deiciat iustificationē illam iudaicam carnalemq̄ uanitatē: Christi autē uerā & plenam cōfirmet scientiam dicēs: Vetera transferūt, & ecce noua omnia p̄ Christum facta sunt. De lege em̄ & umbra dicebat dominus, & de suæ gratiæ plenitudine: Duorumq̄ hominū, q̄d ait Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Quod enim erat per umbram, & q̄d erat futurū in domini presentia maius & melius, hoc nūtiabat docēdo, ac rebus testantibus confirmando.

Passalorinchitarum heresis.

Alij sunt Passalorinchitæ, qui digitū imponētes in nares, & ora sua, & in labia, quasi silentium semper exercent, non rei alię nisi taciturnitati, quasi



quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi prophetas cupiunt imitari, quia ait Dauid propheta: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Et quia ieiunijs beati prophete uacantes silentium sapius commodabant, inde usurpantes isti æstimant obseruadum, Pythagoricam uanitatem potius quam prophetarum coelestem uitam, & sapientiam sequi properantes.

Aquarij.

Aquarij sic dicti sunt, qui in sacramentis coelestibus offerunt tantum aquam, non illud quod ecclesia catholica & Apostolica facere consuevit.

Sunt nonnulli, qui prophetas quod studie adserunt, & prophetias fieri predicant, ignorantes legem & prophetas usque ad Ioannem fuisse Baptistam, finemque legis & prophetarum in Christi praesentia completum, atque consummatum.

Coluthiani.

Coluthiani, a Colutho quodam ita dicti sunt in Aegypto, qui dicunt

cunt dominum malorum non esse factorem. Contra autem alter quidam opponebat dicens: dominum malorum esse factorem, qui & ipse est haereticus pariter, & cum utriusque contentione ferrerentur inani, nescierunt potentiam rationis: Scriptura enim deum facere bona, & nihilominus & mala facere predicauit, cum dicat propheta: Ego sum dominus qui facio pacem, & creo mala: Et alter propheta: Si est, inquit, malitia in ciuitate, quam deus non fecit. Sed mala ista non natura esse dixit scriptura a deo facta, sed causis existentibus hominum, scilicet in lege peccantium domino, quae sunt tetationes persecutionis diuersaque angustiae, quae deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est: Quis dedit Israel in direptionem nonne dominus cui peccauerunt, & noluerunt in uis eius ambulare? Non autem fecisse malam deum naturam, dicit scriptura alicubi: Ecce enim omnia ualde erant bona, quae fecit deus, in libro

Malorum autor quomodo deus.

Gen. I.



libro Genesios, id est, creaturæ mūdi. Et alibi propheta dicit: Quoniam deus malum non fecit, neque delectatur in perditione uisuum. Quia ergo nō causa dei creatis est mala naturaliter, sed hominū uoluntatis, quæ obnoxia legi dei urgetur, & coërtione constringit, conuersionis causa à domino hæc inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo hæc dicunt, quomodo dicta sunt ignorant: q̄ enim putant hominibus in coërtione mala, hæc eruditionis & utilitatis sunt plena, quæ hominum uoluntas peruersa pati meret, cum dicat Apostolus: Nūquid iniustus deus qui infert iram suam hominibus? Non tamen sine utilitate & emolumento futuro hæc cuncta humano generi fieri permittunt: iustus em̄ in tribulatione sustinendo fidelior & iustior comprobatur, peccator aut̄ aut peccare desinet emendatus, aut perseverans de mundo tollit, ne in corpore cōstitutus amplius delinquere uideatur. Ergo aut̄ emendatus cum superest adhuc in corpore

pore bonū iam opus facere non retardabit, aut mens coërcetur ut desinat à peccato, q̄d ait Apostolus: Qui mortuus est, iustificatus à peccato.

De mundo heresis.

Alia autem est heresis, quæ dicit mundum non mutari, sed in eodem statu semper manere, etiam post domini nostri Christi de cœlis præsentiam, cum ipse dicat: Omnia transibunt & mutabuntur. Hoc autem non intelligunt mutationis causa elementorū dictum fuisse à domino, ut hijs mutatis noua creatura reformetur, q̄d & Dauid docet: Ipsi peribūt, tu autem *Psal.* ipse es in æternum. Et dominus: Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Et: Ego facio nouum cœlum & nouā terram, dicit dominus. Restauranda potius ergo non pereunda annuntiat elemēta, & quam uis impossibile deo nō est, ut qui fecit ex nihilo omnia, ut iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Iob: Si autem destruxerit uniuersa, quis ei dicet



dicet, quid fecisti? Ergo si ita senseris, omnipotentiam domini Christi cognosces, sin ea restauranda quis aestimat sequenter intelliget: nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat, id est, ipsum mundum ad nihilum deuenire posse, tamen quia quod fecit non deerit: fecit enim ut ait Solomon ex nihilo omnia ut possent esse que non erant & in resurrectione hominum non pereunda semina sed ad gloriam maiorem uenientia demonstrat ut ait Apostolus: Seminat corpus animale surgit corpus spiritale: seminatur in corruptione surgit in incorruptione. Et ipse iterum Apostolus: Expectatio enim creature reuelationem filiorum dei expectat: uanitati enim creatura subdita est non uolens sed propter eum qui subiecit in spe future glorie dignitatis. Propter quod & ipsa creatura inquit liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Ostendens itaque a gloria ad gloriam processura elementa id est homines cum hac

hac ipsa uisibili creatura, cum dicit Dominus: Sol tunc septemplex lucebit. Transientia ergo erunt elementa ad maiorem iam gloriam, inque ea permannenda cum hominibus, quamuis & ad nihilum possit adducere, qui fecit omnia Dominus. Sed in hoc est eminent Christi maiestas & potentia, quod ad gloriam eadem maiorem elementa transire permittit: Nam & Apostolus elementa hec liquefcere, & ad nihilum uenire nuntiat pariter & prophetat.

Excalceati.

EXcalceatorum est haeresis, qua excalceatos ambulare debere homines adserit, quod sub Mose, inquit, dictum est: Solue calceamenta tua. Et quod Esaias ita ambulauerit tribus annis, qua magis humana, ac uanae superstitionis sunt, non traditionis sanctorum ac domini nostri Iesu Christi iussione, & imperij, eiusque potestatis.

Novatiani.

Novatiani surrexerunt post persecutionem postremam a Nouato
e quo



quodam, qui, sicut ecclesia catholica, credebant antea uetus Testamentum, & nouum accipientes. In persecutione autē, quia lapsi sunt multi fideles, & in pœnitentiam suscepti sunt à catholica ecclesia, irati, imò potius præsumptiõe ducti ac superbia, uanā doctrinā conati sunt seminare, separātes se ab ecclesia catholica, atq; à Christi bonitate ac misericordia dissonātes, atq; dicentes: Non esse fideli post baptismum locum aliquem pœnitentię. Ignorantes quod per prophetam clamat: **Viuo ego dicit**
Ezcc. 18. Dominus: Nolo mortē peccatoris, sed magis ut reuertatur & uiuat. Si ergo dixerint de his qui baptizādi sunt dixisse scripturā, non tamen fidelibus, audiant Saluatorem post baptismum aquę dicentem de baptismo alio pœnitentię
Luce. 12. scilicet passionis ita: Baptisma habeo, inquit, baptizari, & quā festino si sciretis. Ostendēs utiq; nobis post baptismum quem per aquā ante dederat, aliud etiam passionis pœnitentię humano generi ab ipsius bonitate, & clemētia

tia labentibus concedendū, atq; ab eodem Domino tribuendū. Quod Apostoli intelligentes de passione eius saluberrima, post illam primam gratiā humano generi etiam hoc eum cōtulisse prædicabant: Vt prouisor enim & omnipotens, peccantibus cōcedit per pœnitentiā, ut qui lapsus est surgens ac pugnans iterum, inq; ea perseverans speret se posse à domino desiderandā uictoriā adipisci: In Christo enim & eius clemētia, & iustitia, bonitas, & propter peccantes & pœnitentes abundat quotidie, ut Paulus testatus de illis est, qui peccati causa non egerant pœnitentiā, ut dixit in sua Epistola: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et rursus: Ne ueniā ad uos, & iterum me humiliet Dominus propter quosdā, qui nō egerunt pœnitentiā. Et Petrus Apostolus mago Simoni dixerat: Age pœnitentiā, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti. Et Paulus quem abiecerat eū suscipi post tempus iterū iubet. Amissionem itaq; dignitatis possunt
e 2 perpe



perpeti tales, non detrimentum salutis, ut ait dominus: Multe mansiones sunt apud patrem meum.

Montanista.

Montanista sunt, qui rebaptizant si quos seduxerint homines, & supra baptismum ecclesie catholice aliud suum baptismum infanientes promittunt, qui & Donatiani dicuntur, a quo *Donatus* dam Donato in Africa constituto, qui hanc haeresim seminavit, qui & *Parmeniani* nunc appellantur a Parmenione quodam, qui eorum nuper successit erroribus atque falsitati.

Abstinentes.

Sunt in Gallis, & in Hispanis, & Aquitania, ueluti abstinentes, qui & Gnosticorum & Manicheorum particulam permitiosissimam aequae sequuntur, eandemque non dubitant predicare, separantes persuasionibus coniugia hominum, & esearum abstinentiam promittentes, que non ex legis precepto, sed promotionis celestis, & dignitatis causa uoluntati hominum talis a Christo concessa est

est gratia. Dicit enim dominus Petro: Non omnes capiunt hoc uerbum. Et iterum idem dominus ait: Qui dimiserit uxorem suam sine causa criminis, facit eam moechari. Aliud est itaque consensu communi hoc fieri laudis causa maioris consequenda a domino, & aliud contra legem suadere, contraque amborum facere uoluntatem. Et iterum: Qui non manducat, manducantem non spernat, & qui manducat, non manducantem non iudicat. Quod ex uoluntate est itaque laudis est amplioris, imò potius mercedis celestis est desiderium: quod autem extra legem est, non a deo Christo est traditum, sed inani hominum presumptione, & errore inuentum: Scriptum est enim de uobis omnia edere sicut foenum. Hoc autem ideo faciunt, ut escas paulatim spernentes dicant eas non esse bonas, & ita non a deo hominibus escas causa fuisse concessas, sed a diabolo factas ut adserant, ita sentiunt. Inque hoc iam creaturam non a deo creatam, sed a diabolo eam factam

e 3 predicare



predicare nituntur, per q̄ hoc mendacium multorum animas captiuarunt.

Circuitores.

IN Africa sunt q̄ Circuitores dicuntur, h̄j c̄meūt terras, & quos inueniunt in uia cogunt eos ut interficiantur ab illis: dicentes se desiderare pati martyriū, & sub causa hac multi latrocinant interdum. Quidā autē ex h̄js uelut biothanati moriuntur, sese dantes ad precipitiū, diuersumq̄ subeunt calamitatis interitiū: qui cum sine causa perire ita properant, honeste mortis sustinent detrimenta, & iudicio dei futuro se potius implicant, q̄ soluant.

Heresis de cibo & spiritu sancto.

Nec desunt, qui cum hominibus non sumunt escas, præsumptione ducti inani, putātes se melius quid facere: quia & prophete hoc, inquit, faciebāt, ignorātes diuersam œconomiam Christi domini esse statutā hominibus. H̄j de patre filio bene sentiunt, de spiritu autē nō recte accipiūt, creatum credentes esse & factū sanctum spiritum

spiritum, non deum, sicut scripture nūntiant, & ecclesia catholica predicat.

Heresis alia de Paschatis.

ALia est heresis, quæ adserit cum Iudæis debere fieri Pascha. Isti in Galatia, & Syria, & Phrygia cōmorantur, & Ierosolymis, & cum Iudæos sequantur simili cum eis errore deperunt. Inq̄ hoc & suum Iudæi confirmant mendaciū, cum peruidet quosdam Christianos indoctos legis eorū magis sequi uanitatē, quā regulam catholicę ueritatis, & nihilominus illi cū istos cōcelebrant, ut cōsortes Iudæorū criminis & sceleris manifestantur, atque ab omnibus dignoscuntur.

Apocryphi.

HAeresis est etiam quæ Apocrypha, id est, secreta dicitur, quæ solum prophetas, & Apostolos accipit, nō scripturas Canonicas, id est, Legē & prophetas, uetus scilicet & nouum Testamentum. Et cum uolunt solum illa apocrypha legere studiose, contra uia scripturis Canonicis sentiunt, atq̄ paulatim



paulatim dogmatizant, cōtra eos dantes sententias: contra legem & prophetas, contraq; dispositiones beatissimorum Apostolorum consulta ponentes, ē quibus sunt maxime Manichai, Gnostici, Nicolaita, Valentiniani, & alij quā plurimi, qui apocrypha prophetarum & Apostolorum, id est, Actus separatos habentes, Canonicas legere scripturas contemnūt.

Quæ debeant in ecclesia legi. Propter quod statutum est ab Apostolis, & eorum successoribus, non aliud legi in ecclesia debere catholica, nisi legem, & prophetas, & euangelia, & Actus Apostolorum, & Pauli tredecim Epistolas, & septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ unā, & unam

Apocrypha à qui bus pos sint legi. Iacobi, quæ septē Actibus Apostolorum cōiuncte sunt. Scripturæ autē absconditæ, id est, apocrypha, etsi legi debent morum causa à perfectis, non ab omnibus legi debent, qui non intelligentes multa addiderunt & tulerunt, quæ uoluerunt hæretici: Nam Manichai apocrypha beati Andreæ Apostoli, id est

Andreæ acta.

est Actus, quos fecit ueniens de Ponto in Græciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes Apostolum: Vnde & habent Manichai, & alij tales Andreæ beati, & Ioannis actus Euangeliste, beati & Petri similiter Apostoli, & Pauli pariter Apostoli, in quibus, quia signa fecerūt magna, & prodigia, ut & pecudes, & canes, & bestię loquerētur, etiam & animas hominū tales, uelut canum & pecudum similes imputauerūt esse hæretici perdidit.

Hæresis quorundam de epistola

Pauli ad Hebræos.

Sunt alij quoque, qui Epistolam Pauli ad Hebræos non adserunt esse ipsius, sed dicunt aut Barnabę esse Apostoli, aut Clemētis de urbe Roma Episcopi. Alij autē Lucæ Euangelistæ aut Epistolā etiā ad Laodicenses scriptam. Et quia addiderunt in ea quedā non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, etsi legi à quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolæ ipsius, & ad Hebræos in

c 5 os in



os interdū. Et in ea quia rhetorice scripsit, sermone plausibi, inde nō putant esse eiusdē Apostoli. Et quia & factū Christum dicit in ea, inde non legitur. De pœnitentia autem propter Nouatianos æquæ. Cum ergo factum dicit Christum, corpore non diuinitate dicit factū, cum doceat ibidem quod diuine sit & paterne substantiæ filius, qui est splendor gloriæ, inquit, & imago substantiæ eius. Pœnitentiam etiam non excludit docendo, sed diuersum gradum dignitatis ostēdit inter hunc qui integrum custodiuit, & illum qui peccauit. Dignitatis est igitur detrimentū in eo qui peccauit, non damnū salutis. Nam si fortiter qs pugauerit per martyriū, recipiet pristina dignitatem, aut si condigne in hoc seculo uixerit, impetrat qd desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit, non baptismum pœnitentiæ abnegat. Conferendum quod interdum in multis fructuosum inueniat pœnitētibus, quod postea fide, uita, bono opere, &
in

in hoc seculo à dño collaudati sunt perseuerantes iam in rebus bonis & operibus fructuosis, qd dominus dixerat per prophetam: Non ero memor malorum eius, sed bonorum potius si iam in bonis permanserint operibus.

Melitiani.

Melitiani sunt à Melitio quodā in Aegypto, q de parte fuerat Ariana, & abiectus est ab ecclesia catholica, qui postea quasi uerū sequendo susceptus est, & discipuli eius cum eo pariter. Atque iterum indifferenter post hæc agere cupientes, cōmunicabant & hereticis & ecclesiæ catholicæ. Quorum cum cognouisset indifferenciam, exortes eos suæ cōmunionis effecit ecclesia catholica.

Rhetorij.

Alij sunt in Aegypto & Alexandria à Rhetorio quodā qui omnes laudabat hereses, dicēs omnes bene sentire, & neminē errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos, & male eos non credere sentiebat. Si itaq; omnes



nes laudabat, quem uituperabat? Ergo non tenet quod uerum est. Et Photinus ergo laudandus est hereticus, qui Christum dominum negat esse ante secula cum patre. Et omnis heresis, quæ blasphemat aut in patrem, aut in filium, aut in spiritum. Cur itaque blasphemos hereticos laudat, cum eos Christus dominus ex hoc iam seculo damnauerit, dicens: non dimitti hominibus blasphemiam in spiritum sanctum blasphemantibus & perseverantibus, neque hic, neque in futuro. Propter quod constat & istum esse hereticum, imò potius nihil scire, qui eos laudandos non uituperandos & abiciendos iudicauerit.

De diuinitate Christi heresis.

Alia est heresis, quæ dicit diuinitatem doluisse, cum caro pateret in cruce coniuncta diuinitati: errans in eo quod non solum diuinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neque uideri, uermetiam nec anima hominis, quæ à deo facta est, dicente domino:
Nolite

Nolite timere eos qui occidunt corpus, *Math. 10*
animam autem non possunt occidere, sed timete hunc potius, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Erant itaque modis omnibus, quod dicunt diuinitatem Christi esse natura passibilem, & impie sentiunt aut doluisse, aut fleuisse, aut ingemuisse: passio enim Christi est carnalis, naturaliter non diuinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur à Iudeis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege & prophetis deus uerus nuntiabatur, palamque in carne uenturus predicabatur dicente propheta: Deus palam ueniet. Et iterum eodem propheta Dauid: Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Qui est enim calix, nisi eius passio: qui tantæ bonitatis munus & clementiæ humano generi conferens, ab Iudeorum iniquissimo ignorabat populo. Passus itaque est carne passibili, non diuinitate naturaliter impassibili, qui & agnoscitur, & creditur non absente tamen diuinitate, sed coniuncta cum corpore



corpore pariter propter mysteriū cōsumptionis statutū ac definitum antea. Quod sciens Apostolus nō separauit in cruce diuinitatem à carne, dicens: Si enim cognouissent, nunq̄ dominum maiestatis crucifixissent. Paulus itaq̄ coniunxit utrunq̄, ut Christi bonitatē et misericordiā nobis manifestaret plenissimā. Petrus autē Apostolus quod natura est passibile, & q̄d est impassibile docuit ex aperto, dicens: Mortuus quidem est corpore, uiuificatus autem spiritu. Neque ergo caro à diuinitate, nec diuinitas à carne aberat, cū caro pateret humana naturaliter, & in hoc ipsa permitente Christi diuinitate mysterium nostrę causa salutis cōsummabat à domino, ut plena deuictio fieret inimici, ut in q̄ uidebat ut homo pati, qui deus erat in carne, non sibi sed nobis iam uinceret inimicū, nobisq̄ ante deuictis in sui passione, in eū credētibus uincendi potētiam aperiret, eumq̄ sequentibus cœlestē gloriā ministraret. Nō ergo dei naturalis passio & dolor talis

talís in diuinitate eius gignebat, sicut quidam aestimant, alioquin homo solum erat, non deus & homo, ut scriptū est, sed mysteriū nostrę causa salutis eterne consummabat, q̄d ante fuerat nuntiātū à lege pariter & prophetis.

Heresis triformem deum faciens.

Est hæresis quæ dicit ueluti triformem deum esse & compositum, ut quædam pars patris, quædam filij, quædam spiritus sancti sit: atq̄ ita credi debere adserit, & hoc dicens nescit, nec intelligit diuinę scripturę sententiam: Triformem enim quandam dicens substantiam, multo blasphematur maxime, ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est uera persona patris quæ misit filium, & est uera persona filij quæ aduenit de patre, & est uera persona spiritus quæ à filio & patre missa est. Trium itaq̄ harum personarum una est ueritas, maiestas, & substantiæ æqualitas, & diuinitas sempiterna. Qualis est enim immensa & inenarranda patris persona, talis



talis est & filij, talis est sancti spiritus: ut in distinctione nominum ac trium personarum non sit aliqua nature diuersitas. Immensibilis est igitur hec trinitas, inuisibilis & inenarrabilis, quæ fide solum cognoscitur: non tamen expositione humane uocis, ac sensu mortali condigne exprimitur. Cum enim dicit mittere patrem filium, & filium mittere spiritum sanctum, personarum causa dicit, non loci separatione distinctos ostendit, propter Sabellium scilicet & Photinū hereticos, qui condigne de deo intelligere noluerunt, dicente domino: Cui me similem fecistis dicit dominus, & cui similis ero. Sicut enim cælum distat à terra, ita distant sensus uestri, & cogitationes, & consilia uestra à sensibus & cogitationibus meis, dicit dominus. Cum ergo dicit misisse patrem, emissum fuisse filium, personarum causa dicit, ne quis aut ipsum patrem, aut ipsum filium esse æstimet, quod ita sentiens delirat Sabellius: Et ne iterum missus filius de cælo

*Petrus
mittere
filium.*

cælo æstimetur non esse ubique in patre, dixit quidem se missum à patre, ubique tamen esse cum patre ostendit, dicens: Pater qui me misit mecum est. Non ergo separationem loci dixit, cum omnia & ipse filius compleat, contineaturque cum patre & sancto spiritu, sed ut patris ueram personam, & filij talem qualis patris, & sancti spiritus, sicut filij ueram credamus personam, harumque trium personarum unam qualitatis substantiam, maiestatem & potentiam cognoscamus, hæc ita docere dignatus est, & in carne maxime constitutus, in qua & eius humilitas enituit seculo, & inenarranda resplenduit bonitas, & cõdescensio fragilitatis humanæ in tam copiosa clementia ac liberalitate, ut generi manifestaret humano, hæc ita dignatus est operari, atque loqui pro nostra salute, ut nos scire de deo, & capere & intelligere aliqua ex parte ualeamus.

De cælorum diuersitate.

DE cælorum diuersitate est hæresis quæ ambigat: Scriptura enim
f in pri



in primo die cœlum & terram facta de-
clarat duo hæc elemēta: Secundo firma-
mentum aque factum, & nihilominus
ipsum firmamentū cœlū appellatū fu-
isse testatur. Dauid autē dicit de cœlis
ita: Laudate Dominū cœli cœlorū, &
aque quæ super cœlos sunt. Siue ergo
sex cœlos, secundū Dauid, & septimū
hoc firmamentū accipere quis uolue-
rit, nō errat: nam Solomon tres cœlos
dicit, ita: cœlū, & cœlum cœli. Paulus
eque Apostolus usq; ad tertium cœlum
se raptū fatetur. Siue ergo septem quis
acceperit, ut Dauid: siue tres, siue du-
os, non errat: quia & Dominus ait: Pa-
ter qui in cœlis est. Nā & Pagani unū
cœlum, & polos profitentur interdū.
Dauid ergo quod plenum est docuit.
Solomon autem quod ex parte est, &
beatus Paulus eque. Liber autem Ge-
nesis duos cœlos nobis nuntiauit.

*Hæresis terram beatitudinis ignorans
ac reprobans.*

Alia est hæresis quæ de terra am-
bigit, dicens: hanc esse solam, &
aliam

aliam nō esse: Ignorans quod alia est,
quæ ueluti matrix est omnium rerum, uni-
uersaq; continet, quæ quasi ὕλη, id est,
materia reperitur in scripturis, quæ est
inuisibilis & incomposita, quæ à deo fa-
cta est in primo die. Hæc autem in qua
habitamus super aquam fundata osten-
ditur, ut dixit Dauid: Qui fundasti ter-
ram super aquā. Nam matrix omnium
rerū terra immensa est, illa prior quæ in
primo die facta est, quæ continet aquā,
& hanc terrā quæ habitat à nobis, quæ
& humano generi & uolatilibus, ser-
pentibus, pecudibus, ceterisq; alijs fru-
ges & fructus exhibet opulenter, iussa
à Christo dño Salvatore, sicut scriptū
est in libro Genesis, creature seruire.

*Hæresis aquam à deo factam
esse negans.*

Alia est hæresis quæ de aqua am-
bigit, quod non facta sit à deo,
sed semper esse eam ex semetipsa adse-
rit, ignorans quod si maius elemētum
factū est, id est terra, quāto magis & mi-
nus, id est aqua, quæ cōtinetur à terra:



dicēte Propheta Iona: Ego seruus sum dei, qui fecit mare & aridam. Et David idem dicit factam aquā à Domino. Et tres pueri itidē. Alia itaq; est terra, quæ continet uniuersa, & alia est que super aquā fundata est: quippe ista que habitatur à nobis, de qua ait Propheta: Qui fundasti terrā super aquā. Nō illā utiq; primā: Hanc itaq; renouari & purgari necesse est, quā & moueri sepe cognoscimus terremotu, de qua ait dominus: Ego faciam nouū cœlū, & nouā terrā. Et iterum Dominus ait: cœlum & terram transire in Euangelio. Hæc terra itaque ueluti de radicibus illius prioris cognoscitur habere substantiā, que supra aquam subsistere iussa est, que copiose humano generi exhibet alimēta.

Hæresis de imagine dei in corpore humano.

HAeresis est quoq; quæ dicit ante corpus fuisse hominis factū, non animam: & quod imago dei corpus sit, non anima hominis, & quod secundū prædestinationem dixerit ita arbitrat, cū dicat scriptura: Et fecit deus hominem

minem, ad imaginem suam fecit eum, masculum & foeminam fecit eos. Ignorans propheta quid dixerit: Cum dicit enim faciamus, promittit facturum se, cumq; dicit: fecit deus, iam opus factum demonstrat, & factam non carnem, sed animā, que rationalis est declarauit: Nam quod caro sine anima non possit eloqui, non est dubium: ergo caro organum anime est rationalis. Masculum & foeminam cum primum dicit scriptura, non hic corporū sexum, sed animæ dominantis, & subiacentis declarat indicium. Et quod non corpora sint ante facta iacentia, si cut quidā estimant imprudentes, non est ambiguum, cum caro Adæ, ac mulieris postea facta sit: nam septimo die dicit scriptura de Adam ita: Et accepit dominus terram de limo, & plasmavit hominem quem fecit. Vides ergo quomodo factum hominem, id est, animā ante ostendit rationabilem & immortalem esse creatam à domino, que utique imago dei est appellata: Terram
f 3 autem



autem de limo acceptam adiūctam animæ, id est, exteriorem hominem, corpus fragile die sequenti manifestauit plasmatum, ac immisso sopore in Adam, posteaquē de costa eius accepisse dominum, & fecisse mulierem scriptura testatur ac prædicat: Et ut primum sit anima facta, id est, sexto die: die autē septimo corpus de terra plasmatum Adæ: Sic de uiri corpore, id est, de latere eius factam foeminam demonstrauerit, nō est ambiguum, & qd anima ante facta sit, caro autem postea plasmata, & sic postea inspiratione infusa dei, & spiritalis in fine collata sit gratia, ut sic iam capax homo legis diuine non impotens à domino monstraretur. Euidens est ratio ueritatis, quod & beatus dicebat Dauid, factā animam primū, sic corpus plasmātū: Manus tuæ, inquit, domine fecerunt & plasmauerūt me. Ac si postea fuisse infusum spiritum declarauit dicens: Et spiritū sanctū tuū ne auferas à me. Here

Hæresis de anima hominis inspirata.

Alia est hæresis, q̄ dicit inspiratiōnem animam esse, non inspiratiōne in animam datam fuisse: ignorans quod si inspiratiō anima est, quomodo iudicare potest qd deo est infusum proprie, cum non attendat, quod inspiratiō diuini spiritus est quedā gratia, & profectio dignitatis, ut possit homo capax legis coelestis existere. Et q̄ habenti animā Adę patri nostro data est inspiratiō, nō anima inspirata in eū sit, ostēdit dominus in Euāgelio: sicut ante enim in Adam inspirauerat ipse, ita postea Apostolis habētibus animā post resurrectionē diuini spiritus maiorem gratiam inspirauit, dicens: Accipite spiritum sanctum &c. Et nō dixit, animam accipite, sed spiritū sanctum. Qui ergo inspirauit factō homini habenti animā Adę, ipse & postea inspirauit beatis Apostolis habētibus animā, ut cognoscat, quod per ipsum cuncta sint, & sine ipso factū nihil sit. Nullius rationis est itaq̄, ut uelit q̄s estimare in

*Inspiratio
quid sit.*



re inspirationem esse animam, cum facta cognoscatur anima; quæ sub legis conditione posita iudicio obnoxia reperitur, de qua ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed hunc timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Inspiratio itaque, que non est anima, sed gratia dignitatis, de diuino spiritu à deo Christo perueniens omnibus, quam habentes & custodientes adiectionem accipiunt gratiarum, ut Apostoli, & prophete, & omnes iusti: Iniusti autem negligentes, ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille, de quo dictum est: Recessit ab eo spiritus domini, & immundus spiritus fatigabat eum. Et quod in malignam animam non intrabit spiritus sapientiae, scriptura testatur.

1. Reg. 16

Hæresis de anima & intellectu hominis.

Alia est hæresis, quæ dicit hominis animam non factam à deo ita appellari animam, sed ante, inquit, Intellectus uocabatur, & erat in cælo: postea

postea autem, quia terrena desiderauit, discessisse eam de cælo, & ex eo eam animam nuncupatam arbitratur: ignorantem quod in principio facta à deo, & creata post angelos anima est appellata à domino, hocque nomen proprietatis accepit à deo, ut anima non intellectus uocaretur, dicente scriptura: Anima eius in bonis demorabitur. Et iterum: Quod non derelinques animam meam in inferno. Et iterum: Conuerte re anima mea in requiem tuam. Et iterum: Anima mea cõturbata est ualde. Et iterum: Ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterum: Benedictus dominus qui fecit animam meam. Illud itaque philosophorum inani sententia adserunt, quod diuina scriptura non ita prædicat.

Gnosticorum & Manicheorum hæresis de serpentibus & auibus.

Est hæresis que pecudes, & serpentes, & aues rationabiles arbitrantur esse ut homines, sicut Manichei, & Gnostici perditæ, & quicquid Poëtarum



& philosophi Stoici suspicantur: igno-
rantes quod homo rationalis intellectum
habeat animi de deo, id est, scire posse
de deo & credere: Sensum autem habet
corporis cum pecudibus, quippe et ce-
teris alijs similibus, qui sensum quidem
corporis habere possunt, intellectum
autem animi de deo habere nullo modo
possunt, aut animam immortalem ac ra-
tionabilem ut homo, qui imago est
dei appellatus, dicente scriptura: No-
lite fieri sicut equus & mulus, quibus
non est intellectus. Et: homo in hono-
re cum esset non intellexit, compara-
tus est pecudibus insensatis, & simi-
lis factus est illis. Sensus itaque pecu-
dum, avium, & serpentium nobiscum
communis est corpore: Intellectus au-
tem solummodo est hominum, id est,
immortalis animae potentia de sancto
in eam infusa spiritu, quae imago dei
est appellata, quae hijs omnibus impe-
rat, regit ac possidet uniuersa copiose,
ut scriptum est: Dedi uobis omnia sub
potestate.

De falsis

*De falsis prophetis haeresis deo omnia
mala adscribens.*

Alia est haeresis, quae dicit malos
reges & pseudopphetas non
a sua uenire & fieri uoluntate, sed a dei
eos iussione emitti: ignorans quod non
a deo illos fieri pseudopphetas, aut
malos reges scripturae adnuntiant, sed
contra dei uoluntatem, sua uoluntate
& inimici suggestionem sic eos adueni-
re declarant, ut Iannes & Mambres con-
tra Moysen & Aaron sacerdotes dei
sub Pharaone sua uenerant uoluntate:
cum dicat scriptura: Regnauerunt non
per me, neque per spiritum meum, dicit
dominus. Et de pseudopphetis ita.
Haec dicit dominus: Non illos mitte-
bam, & illi ibant in nomine meo pro-
phetare. Propter quod etiam contra il-
los saepe mortis in hoc mundo condig-
nam dominus decernit sententiam e-
nuntiando. Non sunt itaque a deo
pseudoppheta missi, neque reges
impii recedentes a domino, sed etiam ex-
citantur mali contra malos interdum di-
mittente



mittente domino, hoc gignitur ut malis mali consumantur: boni etenim sustinentes persecutionē, & iustitiā habentes apud dominū, reparationē magnam futuri expectāt premiū. Mali autē ideo à malis, non solum bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc seculo ex parte puniatur.

De terre motu hæresis.

TErramotum hæresis quædā non dei iussione & indignatione fieri, sed natura ipsa elementorum opinat, cum ignoret quid dicat scriptura: Qui conspicis, inquit, terram, & eam commoues terræ motu. Et iterum: Adhuc ego mouebo cælum & terrā. Non attendētes dei potentiā, elementorū nature adscribere audent potētiē motionem, ut quidam philosophi uani, q̄ rerū nature hoc adscribentes, dei potētiā non cognouerūt. Quod etiā in huiusmodi rebus indignatio dei, & potētia operatur, & suam cōmonet creaturā, cōuersionis causa & utilitatis: quippe multorum peccātiū ac redeuntium ad do

ad dominū saluatorē atq; creatorem.

*Hæresis Hermis Trismegisti de pecoribus
& syderibus.*

ALia est hæresis, quæ pecudū Paganorum uanitate syderum diuersa nomina profitetur, ut Hermes ille Trismegistus, qui uanus potius, q̄ magnus iudicandus est, & Poëtæ quidam ei cōsimiles, qui Cometas, & Pogonias, & Hyadas, Hædos, & talia huiusmodi adserunt nomine delirantes, cum scriptura pauca nomina syderum nobis dixerit, dicente Iob propheta, antequam Pagani è sanctis scripturis syderum nomina transtulissent: dicit enim ipse Iob. Qui fecit Pleiades & Arcturum, inquit, & Hesperū, & Austrum, & Orionem, & Luciferum. Hæc itaq; nomina è sanctis scripturis accipimus nuntiata: nā omnium syderum nomina nō dixit scriptura, sed potestati dei reseruauit per prophetā declarans, & dicēs ita: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans. Hæc itaq; pauca nomina legent



tes è sanctis scripturis poëte postea falsique philosophi, ausi sunt usurpantes suis mendacijs & alia plurima copulare, atque impietatis semina seculo prædicare, ut ex hijs sperare putarent etiam omnium syderũ aut plurimorum nomina posse cõprehendi. Cum omnium syderum nomina non aliter nisi deus Christus per quem fecit pater uniuersa posuerit & scierit, atq; eis singula nomina uocauerit, ut scriptũ est.

De uarijs linguis heresis.

Est heresis alia q̄ de lingua & linguis ambigit, cũ scriptura dicat & unã linguã & linguas. Si ergo erat una ante quia pauci erant, siue postea multe, quia multi creuerãt iam nati homines in seculo, non est adeo inutile hoc ita sentire: post quintamdecimam em̄ generationẽ ab Adã usq; ad Eber 11000 anni sunt, sub quo cõfusio misa est linguarum, propter peccatũ qd fecerant edificãtes turrim & ciuitatẽ, & ut rebellantes à deo hoc passi sunt: habentes enim angelicam gratiam, id est

multarum linguarum scientiam, non agnoscebant datorem tantę sapientię dominũ, contraq; eum conantes progredi, perdiderãt gratiam, quam sine ullo labore diuinitus habebãt concessam. Et quod sine studio ante donatũ fuerat à domino naturaliter omnibus ut dei imaginĩ, postea per studium atque doctrinam, obliuione immissa à domino, uix discere praualebãt non omnes, nec multas, sed uix paucas linguas, ita ut tres quis, aut quatuor ualeret ediscere, atq; nsdem uix eloqui. Tamen omnẽ scientiã linguarũ, q̄ ante duo milia annorum, & septingentos annos offendentes amiserãt homines, sub Apostolis rursus post ascensionẽ suam dominus per spiritũ sanctũ sine quodã labore credentibus cõferebat, sicut scriptum est in actibus Apostolorũ: Angelicę enim uirtutis est linguas scire omnium hominũ: per fidem autẽ Christi sine labore linguarũ omnium credentibus subministratur scientia, sicut legimus docente diuino spiritu, Apostolos

*Linguarũ
cognitio.*



Apostolos atq; Gentes itidem creden-
tes tunc temporis in Christum domi-
num Saluatorem, sine labore lingua-
rum omnium donatam scientiam pre-
dicasse, ut sub Petro & Paulo, & alijs
factum est, cum docerent Gentes ue-
nisse spiritum dei à deo, & linguis mul-
tis eos potuisse eloqui, ut audientes
homines mirarentur de Gentibus, qd
tantarum linguarum & ipsi per fidem
Christi scientiam haberēt sine doctri-
na concessam.

Heresis de nomine lingue.

ALia est heresis, que dicit nomen
lingue de Iudeis primū proces-
sisse, alij de Paganis, cū utriq; ita hoc
sentientes errore non paruo decepti
sint: Homo enim factus rationis parti-
ceps fuit: qui ergo loquebat̃ ratione,
quomodo rationis erat alienus? Plus
ergo prius est rationis esse participē,
& rationabilem dici, quā nomē spe-
ciale & locale habere alicuius lingue,
atq; ex nomine hominis possidere ali-
quid: ab Adam enim usque ad Heber
duo

duo milia & septingenti anni transie-
runt. Erat ergo nomen lingue omnium
hominū unum, & una lingua. Ex quo
autem contra Dominum cogitauerūt,
subtracta est illis scientia ista cœlestis,
id est, linguarum omnium prudētia &
sapientia: Et Heber quidē sanctus, qui
non discessit à deo secundum nomen
ipsius, deus uoluit genus eius pullula-
re amplius, hoc quoq; nomine primū
in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui
non consenserat ædificationi turris re-
bellantiū, Hebrai nomine appellaren-
tur. Prior itaq; non solum Paganis, ue-
rum etiam & Iudais, id est, ante septin-
gentos annos Heber fuisse cognosci-
tur iustissimus, qui in Dominum cre-
dens, & à coniuratione sceleratorū ho-
minum separatus, sui nominis primam
hanc à Domino nuncupationem me-
ruit impetrare. Vnde & Poëte uani ædi-
ficationem illam ad sua mēdacia trans-
ferentes, Gygantes docuerunt, Halois-
das illos rebellātes ascendere uoluisse
in cœlum per impositionem mōtium,
g atq;



atq; inde eos fuisse damnatos. Quorū deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

Hæresis de annis Christi & tempore dubitans.

ALia est hæresis de anno annuntiato ambigens, quod ait Prophetæ Esaias: Annuntiare annum dei acceptabilem & diem retributionis. Putant ergo quidam, quod ex quo uenit Dominus usq; ad consummationem seculi, non plus nec minus fieri annorum numerum, nisi trecentorum sexaginta quinque usq; ad Christi Domini iterum de cælo diuinam præsentiam. Quod contrarium inuenit, si ita qui senserint: nā quadringentos iam plus annos transisse cognoscimus, ex quo uenit Dominus, atq; completos. Quomodo itaq; hoc erit rationis de anno, sicut sentire uoluerūt: hoc itaq; plurimi: Dominus enim quæ in uno anno gessit & docuit, hæc sola præcepit cōscribi: Nā quæ ante facta sunt ab eo ac dicta, primis triginta annis secundū beatū Ioannem, quæ dicit

dicit mundū nō capere posse, si uniuersa scriberentur, quæ fecerat. Prophetæ itaq; Esaias de anno illo dixit Saluatoris Domini, in quo docuit usq; ad passionem, & resurrectionē, & ascensionē in cœlū, sicuti & beatissimi tradiderūt, nō de trecētis sexaginta quinque annis, ut quidā arbitrāt, sed de anno illo post baptismū scilicet, in quo predicans credentibus salutis mysteria referabat de Lege pariter & Prophetis, quæ olim dicta sunt testando atq; consummando.

De Gigantibus tempore Noë.

ALia est hæresis quæ de Gigantibus adserit: quod angeli miscuerint se cum fœminis ante diluuiū, & inde esse natos Gigantes suspiciant: cum Nembroth nō a spiritu, id est, nō ab angelo, sed ab homine Chus, qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui & in scriptura primus Gigas est appellatus, quod iste cœpit esse uenator, & fortis homo, ut & Gigas appellaretur in terra: inde ducturi sunt, inquit, sicut Nembroth Gigas ita fortis est, si qui ei similis

*Nem
broth
primus
gigas.*



lis in fortitudine postea uideretur. Homines itaq; fuerunt fortes, & à iuuentute rapaces, uastatores, iaculantes, cursurantes, predationi uacantes, inde ueluti alieni nō solū morum, uerū etiam uisu hominū: enormes etiā ut contra naturā aliorū hominū tanta scelera perpetrantes nuncuparent & Gigantes: Gigas enim per etymologiam, terrę monstrū dicitur, ex duobus nominibus compositum, siue forma, siue uita, siue uisu, siue fortitudine, siue mole membrorum: Nam ut scias Gigantes non alia natura, sed de hominum fuisse progenie editos, & *ἑξ ἀκρίδων* in Regnorum libris habes, quos forma grandis, & mole membrorum diffusos, & ingenti fortitudine de genere Gigantum Regnorum libri annuntiarunt, post duo milia & trecetos annos diluuij, sicut & illum Goliath, quem deiecit in pugna solus Dauid beatissimus rex & Propheta, cuius & aliorū talium carra, inquit, in structionem portabat armorū: Quia ergo bestiali more à pueritia ad rapinam erant

erāt dediti huiusmodi homines, & ueluti à natura hominum morumq; alienos scriptura nuntiauit: Nam quod illi angeli, qui de cœlo deiecti sunt, non sint humane nature similes, nō est dubium, nisi solum, quia nefanda & contraria, contraq; legē suggerere, sicuti & nunc hominibus faciunt, preualebant intrantes in homines, id est, suadentes, sicut Iudeis inimicus humani generis persuasit, cōtra deum, contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est: Intrauit, inquit, Satanas in Iudam. Ita igitur & ante intrantes immundi spiritus in animas hominum, ac foeminarum male persuasionis scelera in orbem terrarū diffuderant. Si qui autem putauerit esse iustum, angelos ita peccasse transformatos in carne, ut in ea remansisse, aut ita factos carnales crediderit, uolēta ratione decernit historiam, sicuti & Paganorum, & Poëtarum mendacia adserunt deos deasq; transformatos, nefanda cōiugia cōmisisse. Quid

g 3 si fa,



si factum est aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Gygas autem & in bono accipitur uirtutis causa: Exultabit enim ut Gygas ad currendam uiam. Quod in Christi diuina presentia probatum ostenditur atq; consumatum.

Gygas.

Heresis deo tribuens paganitatem & omnia facinora.

ALia est heresis, q̄ dicit Paganitatem à deo instituta, non ab hominū malignitate, & suggestionē inimici uictorum causa, & facinorū gignendorum fuisse excogitatam. Quæ ergo à deo instituta est, quomodo dānat ab eodem deo: Nam quod ab origine mundi dei patris omnipotentis, & filij eius, & sancti spiritus scientia nūtiata sit non est dubiū: cum enim in libro Creature mūdi, id est, in Genesi scriptum habeas: Et dixit deus, & fecit deus. Et iterū: Dixit deus: fiant lumina. Et sexto die dixit deus: faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram

nostram. Et fecit deus non angelo utique persuasore in creatione hominis, sed filij sui Christi domini nostri, & sancti spiritus manifestum est: Habes em̄ in Genesi, id est, in primo libro sanctā adorandamq; trinitatē ante hominibus nuntiatā: dicit enim ita: Et pluit dominus à domino sulphur & ignē. Et iterū de spiritu in primo die: Et spiritus dei superferebat̄ super aquam. Et Pharaō rex Aegypti dicit: Quis hæc interpretabitur, inquit, nobis, nisi qui dei habuerit spiritū? Et Dauid: Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius om̄is uirtus eorū. Postea uero uolūtas hominū praua, recedēs à tāta scientia pietatis, idolorū mēdacijs, ac uanitibus studiose cū properat inseruire, turpissimēq; uitę se dare maluisset, iudicio damnationi obnoxio tenebat̄: ita ut ante prophete dicerent: Sacrificans dijs eradicabitur. Et iterum: Dij qui cœlum non fecerūt eradicabuntur. Et ideo dominus nō suam nouam presentiam ostendebat, dicens: Qui

g 4 loque



loquebatur in prophetis, ecce adsum.
Neque ergo angelos adorari praecipit alicubi dominus, neque mundi elementa, nec creaturam aliquam, neque idola, que hominum uoluntas pessima sui sceleris & turpitudinis perpetranda causa maluit inuenire, ut colentes eam effusam operandi mali possint habere licentiam: nā & ipsum nomen idoli species doli, et formę p̄uariatio, de interpretatione gr̄a est nūcupatū. Trinitas itaque Christianitatis ab origine mundi predicabatur, & ueritas pietatis sine intermissione ubique docebatur: nam & Dauid docet: Dixit dominus domino meo. Et: Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. Et iterum: Spiritus domini impleuit orbem terrarum. Et: Quō fugiam a spiritu tuo, & a facie tua quō uadā? Nam Solomon docet, quod idololatria ab homine instituta sit: Quia amissum filium suum cū diu fleret quidā pater, fecit imaginē eidem, & uidēdo delectabatur in ea, atque ex eo traditam fuisse poste

Idolum.

posteris, diuersamq; impietatis materiam inde humano in genere pullulasse.

Hæresis de Christianis tempore ultimo uerbo dei credentibus.

Alia est hæresis, que dicit Christi anos nuperrimos & posteriores Iudæis, & Paganis fuisse creatos: Ignorans quod Iudæis & Paganis natura priores creati sunt, & fide, uita, & tēpore, sacrificio, & conuersatione. Fide quidem, quia ab Adam usque ad Moysen tribus annorū milibus & septingentis, omnes iusti deum & deum, dominum & dominum, colentes etiam spiritum sanctum, ueram nuntiabant trinitatē, ita ut ipsam trinitatem integram sine labore possis cognoscere ab illis beatis prioribus & antiquis nobis etiam hoc postea fuisse manifestata a domino: Cum enim dicit scriptura: Pluit dominus a domino super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem, quid tibi uideatur nuntiare? nonne deum patrem per filium suum, id est, Christum deum cuncta



signa, & mirabilia p̄fecisse declarauit. Quod sciens Dauid, dominū patrē, & dominū Christum, id est, uerbū eius, & sanctum spiritum nuntiabat: trinitatem quidem personarū, unius tamen maiestatis, & substantiē, ac diuinitatis æqualem potentiā nuntiabat. Tamen filiū de deo patre esse priore, & spiritū sanctū proprie demonstrauit edocens: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eis omnis uirtus eorum. Et iterum alibi: Dixit dominus domino meo. Et omnes prophete de uerbo & spiritu nuntiauerūt ubiq̄, ita dicentes: Et factum est uerbum domini ad me, & spiritus domini fuit ad me. Ergo nō est fidei causa temporalis Christianitatis, sed ante Iudeos & Paganos, in lege q̄dem studentibus, & querentibus erat manifestata. Nūc autē cupientibus uox patris omnipotentisq̄ sciētia nuntiabat à sanctis illis doctoribus & perfectis. Vita etiā nō alia priores illi sancti nisi hac, in qua nos uiuimus utebatur: usq̄ ad Abraham enim nō circumcisionem

cisionem habētes, non sacrificijs gaudentes deo placebāt, & iusti in omnibus ab eo nuntiabant. Dixit enim Dauid: Sacrificiū deo cor contribulatū. Et: Immola deo sacrificiū laudis. Et q̄d necessitate indocilitatis cogente sacrificia temporalia, nō perpetua, nec uera fuerint indicta Iudeis nec salutaria, dicit propheta ad Iudeos: Ecce ego facio noua, & priusquam ueniant annūtiata sunt uobis. Ante ergo Iudeis Isaias testabatur propheta: Qui enim hæc exquissuit de manibus uestris: Et iterum: Circumcidimini corda uestra, & non corpora uestra. Quale autē est, quod sacrificiū Melchisedech sub Abraham in primis obtulerit, ante quadringentos triginta annos q̄ Iudei nominarentur, aut Iudas nasceret & antequam acciperent librum Genesios. Preuidens mysterium Christianitatis, ut omnia, quę in Christianitate sunt, siue fides, siue uita, siue sacramentū, non temporalia, sed ab origine mūdi statuta & nuntiata, et potius celebrata cognoscas: In Christo



Christo autem, & per Christum, per quem cuncta facta sunt, oportuerat nos ab eo uidere & cognoscere: & quod erat maius in lege mysterium, de eo ante nuntiatum ab ipso plenius excipere completum consummatumque: Nam quod & castitas similis fuerit in prophetis quam plurimis, non est dubium, ut in Helia, Helisæo, Daniele, Ieremia, Esdra, tribus pueris, & alijs multis beatissimis, ut in Christi presentia & quod supra legem erat ante nuntiatum ab eis cognoscere, & quod per legem coniunctum erat ipsius firmare tur diuina sententia, uoluntatisque hominum & studio concessa hæc gratia nosceret. Ideo & ipse dominus priores illos sanctos ante legem nobis, & nos illis prioribus secundum fidem iustitiae copulabat: Iudeos autem & Paganos respiciens, qui medio tempore inter mandatum erant, & gratiam positi, qui inimica uoluntate ac pernitiosa pessumdati reperiuntur in uitijs carnalibus, doctrinæ cœlesti inimici & aduersarii, æterno

æterno pœnarum iudicio reseruari.

*De corpore & anima hominis heresis
nocentissima.*

Est heresis que dicit nasci Paganos naturaliter, non Christianos, id est, rerum natura corpus & animam hominis non à deo per Christum creari quotidie, sed per uanitatē paganā ita progredi arbitratum: cum ab Adam usque ad Abraham, & postea usque ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione, non Pagani fuerint, neque Iudei appellati, sed Gentes à prouinciā arū nomine & diuersitate nuncupati. Pagani autem post Iudeos, siue à pago, id est, loco, siue à prouincia una dicti sunt, siue à Pagano, rege, quod uerum esse, ut ait Hesiodus græcus poëta, manifestum est. Si ergo à pago, loci est indicium, sicuti & nunc dicitur de pago illo: Si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Pagani, id est, gentiles: quia non à deo idola, sed ab hominum prauissima inuenta sunt uoluntate, sicut & scriptura nostra, & pagano



Pagani à
Pagano
rege.

ganorū q̄ plurimi hoc nuntiarūt, ho-
mines hec inuenisse ad seductionē dā
nationemq̄ animarū, q̄d illa aspiciens
populus delectabat epulis, in quorū
uanitate suis animis interitū afferebāt.
Certa aut̄ est probatio & maior, quod
ipsi Pagani in suis historijs referūt, q̄d
à Pagano rege, ut ait Hesiodus grecus
poēta, Pagani sint appellati, q̄ postea
ex rege Pagano Deucalionis filio &
Pyrrhæ quasi plausibile atq̄ amabile
nomē eius habentes, imō potius colē-
tes memoriā eius usq̄ in hodiēnū diē,
hoc est, mendaciū nominis usq̄ nūc de-
tinēt p̄colentes. Helles itaq̄, id est græ-
cus homo à lingua & à nomine regis
dicit̄, q̄ fuit Deucalionis filius, q̄ ita ap-
pellatus est, sicut ab Italo Itali, & Ro-
mani à Romulo & Latini à Latino no-
men acceperūt, nō ab idolorū impiera-
te. Idola etenim, id est, formas sculptili-
um hominū postea pessima uoluntas
inuenit. Linguā aut̄ grēcā prouinciæ
unius proprietas declarauit, q̄ rex Pa-
ganus ex suo nomine confirmauit, ut
Romanos

Romanos Romulus nūcupauit, & ut
ait Hesiodus, à Græco rege fuisse Græcos
appellatos, qui Græcus nomine fi-
lius fuit Deucalionis. Græci à
Græco.

De annorum mundi incertitudine heresis.

Alia est heresis, q̄ dicit incertū nu-
merū esse annorū à mundi ori-
gine, & ignorare homines curricula
tēporum, cū ab Adam usq̄ ad diluuiū
decem sint generationes, & annorum
1000000 anni. Et à diluuiō usq̄ ad con-
fursionē linguarū sub Heber sancto, q̄
non cōsenserat edificatiōi turris, q̄n-
ta sit generatiō penē 600000 anni, quando
& nomina prouinciarū diuisa sunt, ue-
luti 100000 linguarum. Exinde usq̄ ad
Abraham Patriarcham quinta est ge-
neratiō, anni 100000. Et ab Abrahā
usq̄ ad Mosen septem generationes,
anni 100000, ut ait beatus Apo-
stolus: Et à Mose usque Samuel iudī-
cem 100000 anni: Et à Samuel & Da-
uid usque ad captiuitatem iudæorum
in Persida anni penē 600000: & à captiuitate
usque ad domini nostri p̄sentia anni
penē



penē d: & inde à domino usque nunc
anni ccccxxx plus. Ergo si hæc fi-
des erat in illis prioribus sanctis no-
stris patribus que in nobis est, ab illis
autem ante est tradita & prædicata, id
est, patris, & filij, et sancti spiritus: Hæc
quippe diuina sciētia, quomodo tem-
poralis est, ut quidam estimant, & nō
ab origine mundi hæc ante scientia
christiana cunctis hominibus nuntia-
ta, q̄ in mādato & lege manifestata &
prædicata ostenditur: Si autē in medio
tēporis sub Mose per umbrā minus di-
ctum sit aliquid, non utique dantis e-
rat inuidia domini, quantum non ca-
pientis populi cœleste mysterium, in-
capax & debilis hominum, & non ua-
lentium incusabitur infirmitas. Deni-
que ipse Christus dominus, quod an-
te nuntiauerat per sanctos prophetas,
hoc & postea firmando præceperat, di-
cens: Euntes baptizate omnes gentes
in nomine patris, & filij, & spiritus san-
cti, ut non solum fidem pristinam ab
origine mundi hanc esse declararet,
uerum

uerum etiam uitā in qua nos degimus
hodie, in circuncisione cordis, non car-
nis iactantia comprobaret. Errant er-
go nimium qui generationem homi-
nis, aut Paganæ impietati, aut Iudaicæ
audent adscribere uanitati: cum Iudæ-
um nisi dies octaua susceperit, Iudæum
non licet appellari, nec paganum eque
nisi deos uanos hominem fecisse puta-
uerit. Ergo natura rerum deo adscri-
benda est non alicui horum uanitati:
doctrina autem quæ fecundat post na-
turam, si uera fuerit fidei dei copulanda
est, ac saluberrimæ seruituti iungenda,
non recedens ab ea quippe, sed suum
potius per fidem agnoscens Dominū,
recordansq̄ creatorem naturaliter. Ita-
que non naturæ animi infirmitas ho-
minum, sed praua uoluntas est poti-
us accusanda, dicente Domino: Et nūc
si uolueritis & audieritis me, bona ter-
ræ manducabitis: si autem nolueritis,
nec audieritis me, gladius uos come-
det. Os enim Dominum locutum est.
Et hoc: Venite ad me omnes qui onē-
h rati



rati estis, & ego uos subleuabo.

Hæresis de septem planetis.

HAbenda est & hæresis, que dicitur nomina dierum, Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, à deo hæc ita posita ab origine mundi, non hominum uana præsumptione nuncupata, cum à prima origine usque ad Grecos reges, & Hermen fallacissimum illum, qui hæc nomina uanissima, & friuola mentiendo ausus est nuncupare, si querere uolueris inuenies multum fluxisse temporis, & sic Paganos, id est, Grecos hæc nomina posuisse, cum hæc nomina etiam secundum septem stellas dixerint hominum generationem consistere, ut ille ipse delirans hoc definiuit: Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, à deo est appellatus, non in hac uanitate nuncupationis turpissime initio enuntiatus, aut traditus.

De mundis infinitis hæresis.

ALia est hæresis que dicit mundos esse infinitos & innumerabiles. secundum

Hermes
Trismegistus.

secundum Philosophorum quorundam inanem sententiam, cum scriptura mundum unum dixerit, & de uno nos docuerit. Hæc etiam de apocryphis Prophetarum, id est secretis, ut ipsi Pagani dixerunt, sunt mentes, ut & Democritus ille, qui multos mundos esse asseruit, deceptus sua sapientia cum hoc prædicat, multorum animas sensusque dubios diuersis erroribus concitauit. *Hæresis de Adæ & Eue excitata.*

Sunt quidam hæretici, qui patrem nostrum Adam, & Euam matrem nostram æstimant cecos ante fuisse, quæ gustarent de arbore: posteaque aperuisse suos oculos, ac tunc quod nudi essent peruidisse: Cum ante scriptura dixerit, quod uidit etiam oculis suis arborem, & fructum eius: & quia bona aspectu, & suauis uisu, & extendens manum gustauerit. Hæreticorum est itaque demeritis, & Iudeorum potius cæcitatibus, hoc ita sentire: cum modum non intelligant nuditatis, hancque amissionem immortalitatis in præuaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos Apostolus

Democriti
sententia
de mundis



stolus docuit, dicens: Et si induti Christum, non nudi inueniamur. Et iterum: Induite Christum Iesum. Et quod Dominus in Euangelio increpat, dicens illi, qui non indumentum nuptiale habuit, qui erat uocatus ad nuptias.

Hæresis culpam filiorum in parentes transfundens.

Est hæresis, que in Exodo cum audit quod Mosi occurrerit Angelus in diuersorio ubi applicauerat, eumque uellet interficere, non eius filium qui nondum fuerat circumcisus, non paruū hinc sibi adsumit scandalum: Si enim & ita quis uult sentire, quod minas eis tendebat angelus, quia transactis diebus statutis, id est octo, in quo oportu erat circumcidi masculū, non fecissent, deique præceptum ita contempserunt: Ideoque in parua ætate constitutorū culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorū, ut scriptū est: Vnde cum intelligeret, quod culpa esset parentū non infantis, statim, inquit, accepto calculo circumcidit puerū mater eius, cuius uisu sanguinis

Applicauerat diuersorio ubi applicauerat, eumque uellet interficere, non eius filium qui nondum fuerat circumcisus, non paruū hinc sibi adsumit scandalum: Si enim & ita quis uult sentire, quod minas eis tendebat angelus, quia transactis diebus statutis, id est octo, in quo oportu erat circumcidi masculū, non fecissent, deique præceptum ita contempserunt: Ideoque in parua ætate constitutorū culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorū, ut scriptū est: Vnde cum intelligeret, quod culpa esset parentū non infantis, statim, inquit, accepto calculo circumcidit puerū mater eius, cuius uisu sanguinis

Exod. 4.

sanguinis ilico recessit ab eodem Angelus, mortisque poenam, quam ei minabatur inferre omni modo remouerat: Non enim Moses in illa hora dignoscitur circumcisus, sicut quidam opinantur, sed filius ipsius est circumcisus: quia quod ante sub Patriarchis & lege iubebatur, tardo opere, non ueloci implebatur à populo, aut parētibus quorundam, ut scriptum est.

Hæresis de libro Deuteronomij.

Sunt quidam, qui turbantur hæretici de Deuteronomio, in quo Moses cum exiret de corpore, huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo ueluti prioris legis firmamētā decernit, Christi quoque carnalem presentiam plus contestatur, non paruo ductum errore aliter sentientes: nam que in Lege, id est, in Exodo scripta sunt, eadem & in ipso libro continentur. Soli autem hoc uidetur plus ab eo dictum, quia addidit: Prophetam uobis suscitabit dominus deus uester de fratribus nostris, sicut audietis eum: erit

h 3

autem



autem si quis eum non audierit radice
tus eradicabitur. Quidam enim putant
de deuteronomio dictum ab eo, quod
& in ipso acceperit in monte iterum
tabulas conscriptas lapideas, cum in
Exodo bis cognoscitur accepisse, atque
in montem ascendisse: Rationis est
itaque, ut quod legis & gratiæ erat ma
nifestaretur de Christo domino, ut quod
in lege per umbram celebrabatur, in
Christo carnali presentia diffusa cœle
sti gratia ex credentibus nuntiaretur,
ipsumque in libro conscriptum omni
bus uelut testimonio traderetur.

De nuptiarum legitimarum contemptoribus.

Quidam sunt heretici, qui cum au
diunt Dauid dixisse in quinqua
gesimo Psalmo, quod iniquitate con
ceptus sum, & in peccato peperit me
mater mea, æstimant ita dixisse prophe
tam, quod ius nuptiarum legitimum
iniquitatem esse dixerit atque peccatum.
Cum ante dicatur in Genesias libro:
Nascimini, & multiplicamini, et imple
te terram. Et: Honorandæ nuptiæ &c.
Nam

Nam si ita quis senserit, ergo & iusti tot
tantisque iniquitate concepti sunt, cum &
in uentre sanctificati sint, ut Patriarchæ,
Prophete, Iudices, Jeremias, & Ioan
nes baptista beatissimus, ut scriptum est.
Sed ignorant quod alio modo dixerit
propheta Dauid, non de naturali gene
ratione, sed de transgressione Adæ pa
tris nostri, & Eue, qui post transgressi
onem mandati pulsi de Paradiso genu
erant filios, atque inde quasi matrem om
nium post iniquitatem transgressionis
mandati, eam sic concepisse, atque eam
ita peperisse docuerit: Quomodo enim
de se dicebat Dauid in iniquitate con
ceptum, & in peccato genitum, cum legiti
mo iure natus sit, electusque a deo ad
tantam regni gloriam peteret, ut de eo
scriptum est. Non ergo hic in iniquitate
aut in peccato genitum edocebat, sed pa
rentes nostros Adam, & Euam uoluit
ostendere, quod ante amisso peccato, id
est, transgressione mandati, postea sic ge
nuerit filios, atque de eis nos omnes ite
dem parturierit: Ideoque post preuarica
tionem



tionem in dolore parturientes filios, inquit: Quia ergo de parentibus habemus illis prioribus preuaricationis iniquitatem communem carnis, atque generalē ex hereditate prima descendente in omnes, ut dixit Apostolus: Sicut per unum hominem mors introiuit in omnes homines. Hoc enim ius coniugij à deo promulgatum laudatur quotidie, ac benedicatur consuevit: nam & quod erat primum ostendit tristitia, & quod Christi gratia cœlestis credentibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens: Si quis non regeneratus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Ideoque in Psalmo eo præsciens futuri gaudij, testatus est dicens: Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor: Ut per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

De diuisione orbis heresis.

Sunt quidam Heretici, qui de diuisione orbis terræ, & partitione habitationis

onis recte non sentiunt: disputantes quod Græci ceperint, aut Aegyptij, aut Persæ describere orbem terræ uniuersum, non beatus Noë suis filiis tribus post diluuium diuiserit, dederit, ac definiert, & partierit ordine. Vnde postea Historiographi accipientes uelut quasdam semitas, diuersis sunt falsitatibus emittiti. Tribus itaque filiis Noë: Sem, Cham, & Iaphet omnem diuisit orbem terrarum & tradidit Sem quidem orientalia Indiæ, Persarum, usque ad partem aliquam meridiani occidentis: septentrionis, usque ad montem Libani, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmauit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias, & diœceses Aegypti, Africa, Aethiopiū ingentem latitudinem prope fines tendentem oceanī, atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamque eam atque habitandam spiritu diuino pronuntiavit. In medio autem usque Cappadociam, id est, Tauri montem fines habere concessit. Tertio autem

h 9 laphet



Iaphet nomine, Cappadociam ingre-
dientibus, atque à Cilicia exeuntibus
loca frigida, quæ Armeniæ, Bospho-
rici, Ponti, Thraciæ, Pannoniarū, Illy-
rici, Italiæ, & Occidētis uniuersas par-
tes, iussu diuino ei statuendo attribuit:
Et de primo quidem xxv generatio-
nes numerat descendisse. De secun-
do xxxv, id est, de Cham. De Iaphet
aut, cui minor generatio numerabat
tunc tēporis id est quintadecima, tan-
tummodo ei amplior optanda à beato
Noë promittebat in posterum affutu-
ra, dicente scriptura: Dilatet dominus
Iaphet, habitet in tabernacula Sem, cū
minori filio minor numerus generati-
onum reperiebāt cōcessus tunc tem-
poris, maior crescendo eidē numerus
postea amplificabat aduēturus quam
duobus eius fratribus, ut & media &
extrema loca, id est, Chananeorū, A-
gyptiorū, Afrorū, Persarumq; teneret
imperia. De q̄ postea Romani sunt edi-
ti, uictores orbis terrarū, atq; rectores
uniuersarū gentium: Vnde cognosci-
mus

mus Romanos, Latinos, Italos de Ia-
phet genus deducere, atq; hos orbē ter-
rarū sua sub ditione tenere q̄tidie, atq;
ante sepius tenuisse. Si qd aut falsitate
Græcorū putat esse antiquū, tempora-
le modis omnibus ipsorū autoribus te-
stantibus comprobāt. Solone testante
Atheniensibus, quod ab Aegypto au-
dierit sacerdote, dicēte ei: Solon Solō,
Græci uos semper estis nouelli, atq; pu-
eri. Græcus autem nunquā erit senex,
aut antiquus, neq; doctrinā aliquam,
aut scientiam habetis antiquam, sed
ab alijs raptam atq; inuasam habetis,
eamq; diuersis mendacijs immutatam
exponitis, atq; ita homines edocetis.
Plato em̄ in Timæo ita dicitat: Nam
post confusionem linguarum tunc no-
mina diuersa coeperunt emanare, atq;
inde sumentes Græci Historiogra-
phi duo aut tres diuersa uelut moni-
menta conscribentes, temporalitatem
cum suam uolunt obumbrare, atque
abscondere à suis testibus, menda-
cissimi iudicati sunt atque compro-
bati



bati: Cum enim quinquaginta de ipsis consentiunt de antiquitate nostra, id est, Græci, Aegyptij, Chaldaei, Syri, duo autem aut tres dissentiunt, iustius est multis consonantibus in unum, quàm duobus aut tribus dissonantibus Historiographis acquiescere: quia multi illi uerius quàm duo edixerunt.

De diluuii heresis.

Est & hæresis, quæ dicit sub Deu calione & Pyrrha diluuium fuisse antiquius, quàm quod sub Noë factum est. Quod Pagani transferentes mutatis nominibus impio modo & arcã uelut in Græcia fuisse post diluuiũ adserunt, & quod est temporalitatis in paganitate uanissima, ab eis uelut antiquum cum multo mendacio prædicatur. Et quod factum est in Thessalia loco breui, uelut factum ubique, id est, in mũdo à Paganis furacibus edocetur. Quod fit quidem post annos in Thessalia, in loco interdum modico, illud autem diluuium in omni seculo factum est, sicut & eorum scriptura testatur

*Thessalia
obnoxia
cataclys-
mis.*

testatur gentilium.

Hæresis de signis Zodiaci & ortu hominũ.

Alia est hæresis, quæ dicit secundũ XII Zodiaci signa nasci homines, sicut Mathematici illi uanissimi, totius quæ erroris & sceleris adsertores: hæc quæ audientes interdum indocti quam plurimi lege dei dimissa Mathematicorum inseruire non dubitant uanitatibus, unde completur apostolica sententia: Coluerunt & seruiuerunt creatura potius quàm creatori. Et iterum: Videte ne quis uos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo ignorant quod Zodiaci ista XII, quæ ab illis dicuntur, diuersa sunt climata, diuersa quæ regiones in orbe terrarum à deo dispositæ ut inhabitentur, locorum quæ ac temporum diuersa temperamenta statuta sint, ut calidum, frigidum, siccum, & humidum ut quatuor angulis seculi, è quibus cũ ueluti

*Signa eor-
lestida*



ueluti pleni qualitate fontes exuberāt
flatu, respirātes in inuicē uirtute nimia
insita proprie mixtionēq; existente sa
lubri: rursum cum diffunditur eorum
ubiq; mixtio, amēna tēperies salutis
inde cunctis habitantibus subministre
tur, atq; ita diuina potētia mortalibus
uita dulcis, & prospera concessa à do
mino, & impertita non ignoratur.

De animabus sceleratorum heresis.

NEc deest heresis quæ dicit ani
mas sceneriorū, sceleratorū,
& homicidarum, & aliorū taliū transi
re in demones, ac pecudes, & bestias,
& serpētes: ignorātes qd anima homi
nis cum exierit de seculo, siue bona si
ue mala, id est, pia atq; impia, ab ange
lo ducit in locum statutū, ut in futurū
percipiat iuxta quod gessit in hoc secu
lo cōstituta. Si quis autē hoc ita putau
erit fieri, paganitatis & uanitatis. Philo
sophorum magis quā Christianita
tis uidetur habere cōfortium, cum di
cat Apostolus: Omnes nos manifestari
oportet ante tribunal Christi, ut reci
piat

piat unusquisque ea quæ gessit in hoc
corpore. Et iterum: In inferno autem
quis confitebitur tibi? Anime itaq; na
tura non uertitur in naturam alteram,
sed cum uoluntate contemnit ac negli
git dei præceptum, studijsq; legitimis
ac salutaribus inherere dissimulat, fu
turo iudicio pœnarū se dedicans, non
alia nisi morum causa pecudibus cog
noscitur comparanda: non natura, sed
moribus, ut scriptum est. Non ergo na
ture pecudum, sed moribus in hoc se
culo similes efficiuntur huiusmodi ho
mines, Pagani, Iudei, et alij q̄ plurimi.
Nam & saluator Iudæis cum diceret:
uos de diabolo estis patre uestro, non
natura sed sceleratis moribus & belui
nis sensibus similes arguēdo & iudicā
do manifestabat. Et Ioannes Iudæis di
xit: progenies uiperarum.

Heresis de Christi descensu ad inferos.

ALij sunt hæretici, qui dicunt do
minum in infernum descēdisse,
& omnibus post mortē etiam ibidem
renuntiasse, ut consistentes ibidem sal
uarentur

*In pecu
des trans
mutari
quid sit.*

uarentur, cum hoc sit contrarium di-
centi propheta David: In inferno au-
tem quis confitebitur tibi? Et Apосто-
lo: Quotquot sine lege peccauerunt
sine lege peribunt. Sed & dicit: remissi-
us erit quibusdam quam ciuitati illi q̄
non crediderit Apostolorum quippe
doctrinæ & Euangelij. In comparatio-
ne multarum pœnarum dicit sustinere
eos minora tormenta quam illos, non
tamē saluari eos hac ratione affirmat:
nam poëtas falsos, & uanos Philoso-
phos qui æstimant posse saluari, rebel-
les deo errant illis peius, & à ueritate
dissentunt: cum semina impietatis pa-
ganæ, non alij nisi illi Poëta uani, &
Philosophi deorum dearumq; appel-
lationes hominum sensibus seminaue-
rint, cum propheta clamet de futuro
iudicio, ut hic ei dimitteretur in pœni-
tudine, dicens: Remitte mihi ut refri-
gerem priusquam uadam, & iam non
ero amplius. Si ergo iusti peccantes,
& in hac adhuc uita uix acceperunt
pœnitentiã pœnitentes, ut ait Solo-
mon,

mon,

mon, & si iustus uix saluabitur, impius
& peccator ubi parebit? Nam si deum
esse credidissent, deorum & dearũ tur-
pia nomina non seminassent, & in de-
scensione Christi in infernum ueriam
impetrassent. Cum ergo impij & ho-
stes dei sint ubiq; quomodo post mor-
tem ibi confitentēs saluabuntur? Cum
Apostolus doceat, quod omnem ho-
minem mori oportet, postq; hoc iam
iudicari, ut scriptum est, ante tribunal
Christi, & recipere secundum quæ ges-
sit in hoc seculo. Saluator autem con-
firmat dicens de illis, quod nec pauci
crediderint: unde etiam eos iudicandos
declarauit: qui autem credidit in patre,
antequam Christus ueniret in carnem,
transit de iudicio impiorum, in compa-
ratione autem peccatorum atq; impio-
rum diuersitas est pœnarum atq; plaga-
rum, non plena amboũ est absolutio,
sed dijudicationis iustitia, & secundum
peccatũ condigna reppensio, illis etiam
qui sub Noë ab aqua absorpti fuerant,
ut scriptura docuit.

i Hære

*Heresis de anima hominis.*

F St & alia heresis, quæ de sensu ani-
mæ ambigens, ex elementis eam
cōsistere opinatur, ut multi Philosophi
uanissimi nunc de igne, nunc de aqua,
nunc de spiritu, nunc de materia, nunc
de fonte, nunc de atomis, nūc quasi æ-
ra esse animā hominis suspiciant, cum
anima facta sit à Domino, ex nihilo sci-
licet, ut scriptū est: Qui fecit ex nihilo
omnia, ut essent quæ non erant. Anima
itaque à deo facta imago dei appellata
est, post angelotum creationem scilicet:
minor enim est homo quàm natu-
ra angelorum, ut scriptum est: Minui-
sti eum paulo minus ab angelis. Si au-
tem legis mandata seruauerit, tunc erit
sicut angeli: Si ergo angeli serui dei
sunt sub lege positi, quanto magis &
hominis anima sub lege quæ est præ-
dicata, si seruauerit quod ei præceptum
est, tunc debet dicere quod ait Domi-
nus Apostolis: Quod & si feceritis om-
nia, dicite quod serui sumus inutiles.

De

De Christi natiuitate heresis.

A Lia est hæresis, quæ dicit de Sal-
uatore, quod primū fuerit apud
patrem, & sic natus sit: & cum simplici-
ter ita cōfiteat, diuersa hominibus scan-
dala subministrat: Esse enim ante, & pos-
tea nasci contrarium est modis omni-
bus. Et quamuis generatio ipsius du-
plex sit, una diuinitatis indefinita ac
sempiterna, altera incorporationis per
uirginem temporalis: at non est dubiū
tamen, quod secundum diuinitatem de-
bemus cognoscere, quod neque defuit
aliquando esse cum patre, neque qui erat
cum patre semper ex semetipso erat, &
nō de patre genitus noscebatur, ut qui-
dam suspiciantur aberrantes. Vtrunq; er-
go si bona interpretatione profert, re-
ctum & fidei firmamentū ostēditur, ut
& genitū eum cognoscamus de patre
proprie hunc unicū filium, non tamen
in tempore, sed ante omnia secula, om-
nemque creaturam esse genitum de pa-
tre proprie cognoscamus atque creda-
mus, ut condecet, cumque patre eum in

1 2 per



perpetuū manere, atq; semper mansisse non ignoremus. Nulla est ergo separatio, aut cōtrarietas interesse semper & fuisse, & genitū esse: nam semper esse propter sempiternitatē dicitur, ne temporalis filius aestimetur: Genitum autem dicit, quia nō ex semetipso, sed de patre natum cognoscit ecclesia pradicans. Non ergo disiungendum est unū ab altero, sed coniungenda est sempiternitas filij, & generatio cum sempiternitate copulanda, deq; patre ita est credenda ac detinenda confessio, ut unus nobis pater genitor, & unus nobis filius unicus patris proprie quippe genitus de patre cognoscatur. Ergo semper esse, & genitum esse pia fide est æquū, ut sempiterna eius generatio non temporalis sit, & filij unigeniti de patre, & cum patre uera proprietatis ac sempiternitas non ignoretur: Si quis autē primum confitetur esse eum ingentum, & sic postea fuisse genitum de patre, ignorat quid cōfiteatur: Cum enim unū putat euadere hæresim, incurrit in alteram

ram peiorē, ingentū filiū confitendo, imō potius & patrē, & filiū denegando, duoq; ingenta predicando, & unus patris ingenti, & unius filij unigeniti de patre pprie denegādo ueritatē.

Hæresis de induratione dei.

Sunt quidam heretici, q; de Pharaone ita arbitrantur dixisse dominū per Moſen: qd ad hoc excitauit te, ut ostendam in te uirtutem meam. Et indurans indurabo cor Pharaonis, ne dimittat uos. Et ait Apostolus: Ergo neque uolentis neq; currentis, sed miserentis dei est. Sed hæc non definiens dicit Apostolus, sed disputans atque edocens quod uerum est, ne ita deum dixisse quis aestimet: debet enim attendere quod ait dominus: Ut ostendam in te quippe omnem uirtutem meam, id est, magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quæ est utiq; omnibus hoc effusa in seculo. Cum em̄ ei dicit, omni homini dicit in corpore constituto, in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporalis annūciat, qui cum

Pauli dicitur de claratur.



ad diuitias attendūt, segniores ac negligētiōres efficiunt circa dei Christi timorē & gratiā, suēq; ita usq; ad finē salutis obliuiscunt, ac timoris dei efficiunt immemores: Cum enī tribularet ipse Pharaō, inuitus dominū cognoscebat, ut scriptū est. Cumq; iterū dimittebat à deo, reuertebat ut canis ad suum uomitum. Ideoq; omnium Paganorum, Iudæorum, hereticorum, diuitumq; animarū, ac peccantium pariter in prosperitate contemptrices dei reperiunt interdum: ideo eruditio utilis est humano generi in omnibus atq; salutaris, dicente propheta: Bonū mihi est domine qd humiliasti me, ut discā iustificationes tuas. Et iterū de oburgatione: Cum occidebat, inquit, dominus Iudæos, tunc inquirebant eum, & uigilabāt ad eum. Non itaq; dicit beatus Apostolus, ut non curramus, aut non uelimus seruire deo, sed primū debemus nostra currere uoluntate, deinde nō cum presumptione & iactantia, quasi nostra uirtute & iustitia condigna, ut

na, ut nō Christi mereamur saluari clemētia: qui enim currit cū superbia, & presumptione, nō à deo sperat presidium, quantum ex sua cōuersatione sibi psumit iustitiā. Et currere itaq; & uelle nos docet beatus Apostolus, in quē nostra uoluntate esse, ut in ipso cursu bonorū operū in humilitate pseueremus, ac tūc demū speremus salutē posse ab ipso domino adipisci, ut ait dominus: Et cum feceritis omnia, dicite qd serui sumus nequissimi. Et: Si iustus uix saluatur, peccator & impius ubi apparebit? Ergo sunt in nobis quaedam in quibus currendum est. Sunt autem maiora quę à deo speranda & impetranda sunt, ut ait Apostolus: Nescitis quid peratis. Vt puta si quis dixerit, possum esse martyr, possum esse Apostolus: & nō dicit, si deus Christus uouerit, qd ab eo incrementū id muneris & gratię quippe confertur, non uana hominū presumptione atq; iactantia comparat: Tentantis est enim hominis uolūtas huiusmodi, ac psumētis, ut



tis, non querentis, supplicantis ut tam
tam consequi mereatur dignitate.

*Heresis negantes Dauid Christi
prophetam fuisse.*

SVnt quidā hæretici, ut Manichæi
& Gnostici, & Nicolaitæ, & alij q
de beato Dauid audent dicere, quod
non Christi propheta fuerit, neq; do
ctor & commentator diuinarum om
nium scripturarum, sed humanæ can
tationis, ac secularis rei cōscriptor ex
titerit: cum cœlestis gratiæ atque arca
ni salutaris Christi domini ipse merue
rit præ multis humano generi myste
ria prædicare: Sicut enim sanctis alijs
diuersam tribuit Christus dominus
gratiam, ita huic maiorem concessit
scientiam, dicente domino: Dabo uo
bis sancta Dauid fidelia. Et: Inueni
Dauid filium Iesse, hominem qui faci
at omnia quæ sunt in corde meo, dicit
dominus. Ignorant ergo quod uelox
ac præpotens cōmentator hic diuina
rum extitit scripturarum, rex atque
propheta Dauid emissus à domino, ut
quod

quod ante dicebatur, præsen
batur, hæc cuncta breui collecta hu
mano generi prædicarent ab eodem,
tribusq; in uersibus psalmi primi om
nem rerum uirtutem exponeret ueri
tatis, præteritorum, instantium, atque
futurorum, omnesq; errores cuiuscq;
populi, diuersaq; facinora nuntiando,
cum dicit: Beatus uir qui non abiit in
consilio impiorum, id est, Paganorū:
& in uia peccatorum non stetit, quip
pe Iudeorum: & in cathedra pestilen
tiæ non sedit: utique hæreticorum. At
que hinc iam quasi ex fontibus atque
materijs copiosis diuersa semina ini
quitatis humano generi affutura do
ceret, ut hijs quippe tribus malis pa
ganitate, Iudaismo, & omni heresi cō
temptis, atque damnatis, sola fides ue
ra, id est, patris, & filij, & sancti spiri
tus ab omnibus credita coleretur. Ze
lo enim diuino ductus beatus Dauid
tunc temporis, cum uideret homines
demonijs immolare, non in Ierusalem
ciuitate, quatuor choros posuit secun
i 5 dum



¶ dū mūdī aditus, ana septuaginta duo, quatuor etiā hominibus positis et psal-
lentibus, atq; arcā dei custodientibus,
undiq; infinitis etiā alijs extrinsecus:
In medio autē ea posita psallebat cū po-
pulo beatissimus ipse Dauid Patriar-
cha, & incorporationis Christi domi-
ni q̄ppe ut testis tantus ac p̄destinatus
ā domino, psalmorū diuersa gaudia &
laudes pariter, nō alijs nisi ipsi Christo
domino canēdo referebat, trinaq; uice
quotidie cū orationibus psalmorū eti-
am cantore sonāte omni delectabatur
cū populo diuinā Christi presentia nū-
tiādo, deq; ea re futura gaudia seculo
p̄mittendo, de q̄ & dominus dignatus
est dicere, multos fuisse prophetas &
sapiētes, & desiderasse uiderē & audi-
re q̄ Apostoli audire meruerūt & uide-
re: Nam q̄d & Græcorū ipsa q̄ uidet̄ es-
se sapientia, ex lege atq; prophetis, &
specialiter de Dauid sit secundū tem-
pus omnibus manifestū. Ideoq; & Po-
ēte, alijsq; sapiētes uersibus q̄d uoluere
dicere imitādo eundē conati sunt fin-
gere:

gere: q̄ argumēta cū de lege atq; pro-
phetis sumerēt, immutatis nominibus
cū iura ueritatis uiolare properāt, sux
p̄fidie diuersa mēdacia seculo semina-
rūt. Inde hec ignorātes q̄; plurimi secu-
lares homines atq; imperiti, tēporalita-
tis pagana mēdacia potius q̄; salutaris
christianæ legis antiqua & uera arca-
na desiderant colere, atq; sequi firma-
mēta. Ex suis itaq; uānitatibus, id est,
ex Græcorum Historiographis potest
qs cognoscere, q̄; sit tēporalis uana fa-
piētia Græcorū, q̄ cū paulatim cogno-
scit̄ à suis, sine dubio spernit, calcatur,
atque quotidie condemnatur.

Heresis de psalterij inequalitate.

SVnt alij heretici, q̄ de inequalitate
psalterij errorē patiunt̄ nō modi-
cum, estimātes totū librū psalterij non
esse Dauid, & cū historiā querūt p̄ or-
dinē, inueniūt inequalitatē, id est, ut q̄
nouissima, prima: & q̄ prima, nouissi-
ma esse posita p̄uident, nō modicū scā-
dali patiunt̄: Nam in tertio psalmo p̄-
secutionē patit̄ à filio: & in centesimo
plus



plus contra Allophylum pugnando differit, cum inuenimus primum pug-
nasse eum cum Goliath in sua iuuen-
tute à filio autem suo in senectute pos-
tea bellum sustinuisse. Et quamuis
hæc spiritaliter de Christo intelligen-
da sint, tamen & historiam inquirêtes
studiose de eodẽ beato propheta non
paruo offendiculo perturbant. Quia
ergo & post septuaginta duos psal-
mos defecisse dicunt hymnos David
scriptura psalmodi, & postea iterum
eiusdem titulatio in multis psalmis nũ-
tiatur, & de hoc queruntur, cur ita sit
positum, nescientes quod beato regi
atq; pphete diuersa gaudia psalmodi
recte à domino impertita sunt. Si ergo
& aliorum inueniunt titulationes in
psalmis postea tamen summa rerum
laudis huic autori, et institutori à Chri-
sto concessa est, ut propheta, regi,
atque patriarcha, de inæqualitate au-
tem psalmodi secundum historiam,
qui interpretati sunt studiosissime hoc
dixerunt, quod sepe existente captiui-
tate

tate in Iudæorum populo, à gentili-
bus propter idololatriam: quia cum il-
lis colebantur idæi & idola, inq; hris eti-
am scripturę diuinę inquirebantur, &
comburebantur à gentibus: Si quis au-
tem abscondisset de psalmis aliquid
existente pace, postmodum require-
bantur à paucis sanctis eadem diuinę
scripturę: cumq; inuenirentur, accipi-
entes postea qui erant illo tempore sa-
piêtes: quia non erant propheta iam,
sed sacerdotes timore detenti, iuxta qd
accipiebant à quibusdam ita compo-
nebant & textum psalmodi, & ita or-
dine exponi iubebant. Sic ergo secun-
dum historiam inæqualitatis, ut dixe-
runt multi, causa hæc esse uidet: Nam
qd spiritalis in ipsa inæqualitate psal-
modi æqualitas sit Christi scientia
cognoscenda manifestum est studio-
sis, ut quod est in primis, hoc sit & in
medio de Christo itidem, et quod erat
postea futurũ, de eodem ante dictum
sit ubiq;. Ideoq; Apostolus: Christus
heri & hodie, ipse & in secula, inq; se-
lorum.



culorum. Nam quod spiritali uirtute dicti sint psalmi, non est dubium, ut quod ante factum est per diabolum de impietate idolorum, hoc & sub Iudeis seductione eius commissum facinus monstraret, & quod ipse sit etiam hereticorum peruersitas in fine pullulantium quotidie, non ignorat ecclesia catholica.

Heresis de peccato Cain.

Sunt heretici contraria sentientes libro Genesim, quod dominus dixerit ad Cain: Peccasti, gesce, ad te conuersio tua, & tu eius dominaberis. Cum enim dicit: tu ipse dominaberis, putant quod dixerit ei, tu eris dominus fratris tui. Et quamuis si ita quod senserit, quia maior natus erat Cain quam Abel frater eius, quia & in lege maiores nati erant & honore, id est, primogeniti, non autem hic dicit: Tu eius dominaberis, quasi eris dominus eius, quod est in omnibus contrarium. Si enim ita esset, quo modo dabit in eum mortis sententiam dominus, quod suum occiderat fratrem sicut scriptum est: Non ergo ita dicit scriptura dominari illum

illum fratri suo, ut eum interficeret, sed dominaberis cogitationi tuae male utique, quae est in arbitrio tuo, ut cuiusque hominis arbitrio atque uoluntate, aut promittat de corde suo malam cogitationem immittam a diabolo, aut non promittendo crimen incurrat perpetuum: ut perscrutator enim cordis & animi hominis Christus dominus occulta ipsius prouidens, arguebat quod cogitauerat, & monebat ne faceret illud sceleris, in quo hoc uiam patricidii seculo seminaret. Quod & in Euangelio dictum est: Si habes aduersus fratrem tuum iram, uade reconciliare, & sic postea offeres munus tuum. Et David in idem ait: Irascimini & nolite peccare: Et qui modus sit irascimini & nolite peccare, ipse subsequitur differens: quae dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris concupiscimini. Solomon etiam: si ascenderit spiritus inimici dominatis in te, ne des ei locum ut in te habitet. Et dominus: Qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicii. Ideoque pellendam cogitationem ex suggestionem inimici dominus edocebat



edocebat ilico, ne cū diu sit in hoīe, ad
ppetrandū facinus eū puocet priorē.

*De Cain peccato hæresis, quare deus
ei uitam concesserit.*

Est heresis quæ nō recte intelligit
de Cain, quod post fratricidium
quod cōmiserat rogat dominum mo-
ri potius quā dimitti, dicens ita: ma-
ior causa est si dimissus fuero, & erit
omnis q̄ inuenerit me interficiet me.
Sed dominus per eum unum omni hu-
mano generi uelut generalem docen-
do modum per patientiam tribuebat
bonitatis suæ indulgētiā copiosā,
ut iam desinēte scelere, bonorum ope-
rum fructuositatem sequerentur, cer-
tamq̄ ab eo cuncti cognoscerent am-
plectendam, dicente domino: Nolo
mortem peccatoris, quā ut reuertatur
& uiuat, ut tanti sceleris cunctis p̄
eum patesceret pœnitentia, inq̄ ea in-
dulgentia pariter copiosa ut pœniten-
tium iam bona fructuositas hortamen-
to dei monstraretur hominibus, quo
eam peruidētes, salutem potius quā
mor-

mortem sibi desiderent acquirendam.
Vnde ueluti suus accusator atq̄ iudex
cum ex parte gignit Cain, dicens quod
commiserit fratricidium, audire à Do-
mino meruit, ut si fructus bonorū ope-
rum de cætero eum sequerēt, remissio-
nem tanti sceleris esset sine dubio acce-
pturus, nullumq̄ metum mortis infe-
rendæ iam suspicaretur sibi ab aliquo
affuturū. Insuper etiam & signum acce-
perat ne occideretur ab aliquo: eumq̄
hīs etiam septem pœnas perpeti, si qui
hominum ausus fuisset in eum manus
inijcere, cœlesti sententiā definitū: Ipsa
enim ueluti pœnitentiā ficta non uera
inuenta est, cum audit à Domino: Om-
nis qui occiderit Cain, septē uindictas
persoluet. Vnde & signū accipere me-
ruit propter pœnitentiam, si tamen di-
gna bonorum operū iam eum fructuo-
sitas sequeretur, sed non inuenimus fitu-
ritum bonorum in eo pœnitentiæ usq̄
fuisse, quāto magis de genere illius o-
mnem impietatē potius pullulasse, qui
post eum hæredes impietatis paternæ,
k &



& immanitatis tanti sceleris existētes, cum non malorum suorum penitudinem gerere uoluissent, annuntiante eis Noë beato, perseverantes in scelere diro mortis interitu per diluuium perierunt, excepto octo animis tantummodo tūc temporis, quæ de genere sanctorum fuerunt editi, qui meruerunt procellam soli tanti periculi deuitare.

De stellis cælo infixis heresis.

Est heresis, que stellas infixas putat esse in cælum, nō de thesauris locisq; absconditis, atq; à deo dispositis in uesperum iussu diuino repente procedere, statutisq; horis suo lumine cursum ministeriumq; indictum agnoscere: quod contrarium alienumq; fidei catholicæ inuenitur si ita quis senserit, magisq; paganæ uanitatis, & Philosophorum inanis sententiæ, quam Christianæ scientiæ habere consortium demonstrabitur: Scriptura enim omnipotentiam dei ita edocet, ut in breui è diuersis thesauris concurrere atq; discurrere sydera nuntiauerit, ornamentoq; cæli noctūq;
us

ut lucis causa ex parte sint à deo præstita atq; commodata, diuersisq; horarū spacijs, uelut ad sua loca rursum redire statuta sint, ut è quibus locis exire iubetur quotidie, ad ea loca reuerti iterum præsidente angelo, & compellente cursum debitū preterire nullo modo possint. Hincq; effusa Christi clementia omnini manifestaretur humano generi, q̄ iustus & iniustus in hoc mundo parem concesserit gratiam bonitatis annuntians, qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos: & pluit super bonos & malos: Et nouerūt sydera, inqt, thesauros suos, & cursum dispositū quotidie.

Heresis Veteris testamenti multa reprobans.

Sunt quidam heretici, qui de ueteri Testamento multa reprobāt, id est Solomonis Ecclesiasten, paucis quidē conscriptum sententijs, omnem tamen thesaurum cælestis scientiæ querentibus continentem: nam quod omnibus sapiētior prioribus sit, ipse Saluator testatus est. Cum legunt ergo: omnia uerba
k 2 nita 3



nitatis uanitatis quæ sub cœlo sunt. Et desiderauit habere, ut dictum est, diues facta. Et: deus mihi dedit, inquit, & ecce omnia uanitas uanitatis. Solum tamen hoc postea addit esse à deo, ut si quis manducet, & bibat, & beneficiat animæ suæ. Quod si hanc escam solū, aut hunc potum dixit esse istius seculi, uti lemque carnalē, nihil autē future uite immortalis aliud nuntiabit, in uanum hominum labor impenditur. Ergo quod ait Apostolus de quibusdam: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, quod profecto Paganorum & Epicureorum est talis hæresis, quæ uite pecudum cōparatur. Ideoque homo in honore cum esset non intellexit, comparatus est pecudibus insipientibus. Solomon itaque & carnalem uitā hominū à deo cōcessam in multis diuitijs nuntiavit, & futurā angelorū gloriā nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus, & credentibus prædicauit: Si enim & diues in hoc seculo bene operatus fuerit, necesse est ut & illic future

uitæ

uitæ consortium consequatur: Sicut enim & hæc terrestris esca à deo data est, ita & illa cœlestis esca de lege desideranda est amplius, fides quippe Christi domini de lege & prophetis adueniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria, quam Martha elegerat, dicente domino: maiorem sortem Mariam elegerisse, quæ non auferetur ab ea. Ergo si dixit, uanitas uanitatis est quæ in seculo sunt, hæc utique transeuntia prædicauit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait Apostolus: Transit enim figura huius mundi & gloria. Si autem figura & uita & honor, & dignitas mundi istius cessabunt & destruentur, illa quippe erit desideranda cœlestis & angelica dignitas, quæ in corporatione, ac passione, & resurrectione quippe est Christi credentibus aduentura, quæ non temporalis, carnalis, ac caduca erit, ut Iudæorum secundum literā, & aliorum talium pereuntium, in posterū autem nihil expectantium. Propter quod di-

k 3

cit do



minus: Operamini escā, q̄ nō perit. Id est, ut credatis in me, quem misit pater meus. Ergo nō Solomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa aut̄ prætermittebat, sed diuersam escā gloriāq̄ sanctorū hominū nuntiabat: carnalem quippe primā uitā hominū in presenti seculo, postq̄ mortē cœlestē illam, & angelicā dignitatē iustis & fidei aduenturā. Hancq̄ carnalē uelut uanā & tēporalem, Iudeorū q̄ppe aliorūq̄ talīū iustificationē, uitamq̄ per undam nūtiabat, ut umbrā esse cognoscerēt, uitamq̄ corporis temporalem nō multo post decidentē in cōparatione q̄ppe cœlestis illius, ac p̄petuē dignitatis nō ignorarent. De qua esca ait & propheta: Gustate & uidete, quia suauis est dominus.

Hæresis de Canticis canticorum libro.

Est hæresis, quæ de Canticis canticorum ambigit, ipsa itidē æstimans non spiritu diuino, sed humanarum rerum causa, ac uoluptatum hominibus ab eodem prædicata: cum cœlestiū re-

rum

rum ueritas humanæ similitudini comparata genus hominū docuerit, sicut scriptū est in Euāgelijs, & ubiq̄. Christi itaq̄ diuina in carne præsentia omnes ita docebat, ut amore diuino prouocaret, monitione mulceret, misericordia cōmoueret, flecteret bonitate: Nam ut deus ostendebat, ut pater monēbat, ut pastor pascua demonstrabat, ut rex uincēdo inimicū uestigia sequi ostendebat, ut sequētes suū fraternū, id est, dominū Christum in carne aduenientē in triūpho immortalis gloriæ & cœlestis meriti, cū eo pariter gratulemur: Ideoq̄ & Cantica dicta sunt Canticorū, ut qd̄ ante in lege umbratim præsentia cōsummatione mysterij p̄ passionē celebrata in supplementum panderēt, ut cessante umbra cœlestis etiam lucis omni seculo ueritas resplenderet, quæ corpus & animū hominis accēderet, atq̄ amore cœlesti sensum hominis excitaret. Qui ergo uani homines concupiscentijs carnis inserviunt,

k 4

fingunt



fungunt aut non posse sentire, aut si eis exponit cōtemnūt discere, legisq; nolentes uirtutem agnoscere, nō minus Iudæi, uel Pagani iudicandi sunt.

De mandato Adæ hæresis.

ALia est hæresis, que dicit mandatum non esse accipiendū, quod Adam pater noster acceperat: neque esse illud uirtutis, aut utilitatis alicuius opinantur, cum sine mandato illo, nec lex Mosi possit accipi, nec Christi agnoscī perpetua & effusa gratia, atque copiosa: Triplici enim uirtute in corpore constitutus omnis homo de lege diuina docēdus, aut monendus instruitur, ut in prima ætate sub mandato sit, secunda sub lege, tertia sub gratia Saluatoris. Ideoq; lex admonitio est potius propter obliuionem mandati pristini, quod pater noster Adam in primis à deo acceperat in Paradiso, ita enim scriptum est in lege: Ne oblitus mandatum domini dei tui recesseris ab eo & pereas. Ideo lex admonitio mandati, & cōfirmatio est primi illius. Iterum
man/

mandatum & lex Christi plenam prædicant gratiæ bonitatē, ac præsentiam salutarem. Ideoq; dominus ait: Ecce q; loquebar in prophetis adsum. Maiores sunt itaque qui sub mandato fuerunt antiqui, cū non oblitī etiam Christi saluatoris, suis posteris & eius mysteriū nuntiarunt, cuius & obliuione existēte in Iudæis admonitio rursus literæ subsequēta est, ut in litera etiā Christi spiritalis scientia, & carnalis præsentia illuminans seculū speraret. Ideoq; lex Mosi aliud in sono uocis, aliud in abscondito salutare Christi mysteriū continens nuntiabat. Ergo nec mandatum sine lege, nec lex sine mandato, nec gratia Christi sine lege & mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

De imagine & similitudine dei in homine hæresis.

SVnt quidam hæretici, qui cum legunt scripturam, dicente domino: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: non in partem descendunt amentia, ignorantes
k 9 primum



primū qd imago, quidūē similitudo sit dei. Cumq; nesciūt qd sit imago dei natura proprietatis, & quid positionis sit gratia, non paruā sibi presunt su perbiā dignitatis. Imago enim dei, id est, anima omnis hominis, facta ex nihilo: Similitudo autē in fide & uita nido. si cognita fuerit à deo, adpellari nō potest dei imago similis. Cumq; se esse plus estimat aliq; presumptionis crimen incurrit potius, q̄ meritum dignitatis sibi acqrit: Nam cū hęc peccans inuenit anima, & iudicio obnoxia detinēdo cognoscit, quomodo esse potest hęc dei naturalis imago, q̄ diuersis peccatis dgnoscit inseruire: cū alia nulla esse possit naturalis imago dei diuina & patris propria, non angelū, aut hominū, nisi Christi dei filij, q̄ natura proprietatis indiscreta paternę substantiā, ac sempiternę imago sit, genita proprie, nō positione seruitutis creata ex nihilo, ut homo & angelus. Ideo quę imaginē, id est, animā hominū Paganorū, Iudeorū, hereticorum, & omnium dici posse declarauit in commu-

ni generatione, atque unius qualitatē natura scriptura substantiam nuntiāuit: similitudinem autem non omnium, sed sanctorum, & Christianorum esse tantummodo declarauit, qui in fide, uita, & bono opere permanentes, angelorum cœlestia merita in futurum consequi promittuntur, ut Patriarchę, Prophetę, Sacerdotes, Iudices, Apostoli, atque Euangelistę, & Martyres, qui trinitati credentes, & in uita pręclara permanentes, angelorum glorię copulari à domino nuntiantur: Similitudo enim ex doctrina legis, fide, uita, & studio, & operę cognoscitur uera, ut quę à deo facta est legi eius diuine cōsentiens precepta statuta cōplendo, regni cœlestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente Apostolo: Nostra autē cōuersatio in cœlis est. Et dominus iterum: Gaude te, quia nomina uestra in cœlo scripta sunt. Et quod in die iudicij eos sicut angelos demonstrabat futuros dominus dicit de regno cœlesti: Venite, percipite, regnum

regnum quod uobis paratū est ab origine mundi. Similitudo itaque ex fide sancte trinitatis, & uita bona, & opere sequenti inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicæ dignitatis, ut ait Ioannes: Tunc similes ei erimus. Et dominus: Similes estote patris uestri.

Heresis deum increpans quod diuersis linguis & modis homines allocutus sit.

Sunt quidam dicentes heretici, cur non deus uno modo semper locutus est, sed diuersis modis & linguis humano generi predicauit? Cum secū dum capacitatem hominum uidentium atque cupientium uidere, atque audire, ita sit locutus, & uisus hominibus. Proiecto itaque de Paradiso homine, mortemque induto, non iam ita apparebat sicut & antea, sed loquebatur de cælo uoce ipsius audita, atque ea custodita: processu autē temporis & apparere dignabatur, ut Abrahamæ beatissimo Patriarchæ, & alijs per ordinem: sub Mose autem diuersis rebus

bus apparēs, & quod erat timoris atque erroris in monte Sina demonstrabat, posteaquam in figura angeli, & in forma hominis incorporationis suæ affinituræ indicijs præcurrentibus generalis clementiæ nuntiabat uisionē, quam iam per somnia iustis se dominus ostēdebat, ut scriptum est. Postea uero in incorporatione apparens, testabatur Iudeis adnūtians quæ ante dixerat per prophetas. Quia ergo diuersa erat capacitas uisendi dominū, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, & diuersa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoque languenti seculo in fine plus contulit medicinæ, ut & illorum primorum uirtus præpotens monstraretur, & nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente domino: Non egent sani medico, sed qui infirmi sunt. Maiores sunt itaque priores illi, qui audiētes credebāt, ut Seth, Enoch, Noë, & ceteri, quam nos, qui & audientes atque legentes misericordiam Christi domini, & bonitatē eius contem-



contemnimus copiosam: nam & Iuda-
orū causa & alijs locutus est linguis,
ut compleatur quod in linguis alijs,
& labijs loquar huic populo, & neci-
ta erunt credituri dicit dominus: nam
per Isaiam dicit: Verbum meum mitta-
tam in Achaïam.

*De animalibus quatuor in prophetis here-
sis nimis crassa.*

Alia est haresis, q̄ cum legit qua-
tuor animalia in prophetis, nō
paruum errorem persequitur, asserens
quod animalia diuersa forma prædita
deum colladauerint, ignorantes quod
irrationabilia, id est, non rationis capa-
cia, deo laudē ut homines referre non
possunt: Neq; em̄ deus laudem pecu-
dum querit, quia nō pecudes ad ima-
ginē dei factę, sed homines rationabi-
les à deo sunt creati, & ad hoc positi.
Sed quia uisio est prophetarū diuino
spiritu predicata, hic sanctorū populo
rū quatuor diuersę uirtutes, diuersaq;
certamina nunciabant aduētura secu-
lo in diuersis doctrinis ac uirtutibus,
in di-

In diuersa sublimitate eminentię: q̄d le-
onis, uituli, hominis & aquilę, quorū
diuersę doctrinę ac merita fulgētia p-
currebant. Primū in Patriarchis rega-
lis autoritas, in prophetis deinde scien-
tia cœlestis fœcūditas, in sacerdotibus
labor fortis, & p̄tinax cōcertatio cerne-
ret, in Apostolis uolatus sublimis in
cœlū, & eminēs dignitas mōstraret.
Vtq; formatū ante diuersitas nuntia-
bat, diuersarū quippe uirtutū cœlestia
merita in Christi presentia manifesta-
rent in seculo, ab eo quippe concessa
domino saluatore, nā in leone regnū
fortitudinis, in uitulo labor exuberās,
in homine passio indefinens, in aquila
uolatus sublimis agnoscit, certatium
scilicet atq; mirantiū, Apostolo dicen-
te: nostra cōuersatio in cœlis. Et: rapie-
mur in cœlum, & erimus semper cum
Christo. Et dominus dignatus est dice-
re: Pater ubi ego sum, uolo & isti sint.

De Leuitico Mosi error.

Alij sunt heretici, qui legis præce-
pta q̄ per Moſen dicta sunt in
Leuitico

Leo.
vitulus.
Homo.
Aquila.



Leuitico Iudæis carnaliter, nostrorūq; in
tēpore spiritaliter reuelata sunt igno-
rantes, summā rerum festiuitatem nu-
merumq; earum cœlestis utilitatis pre-
tereunt, nescientes quid celebrent, pu-
tantes quod de sabbatis solum, & Pa-
scha, & azymis Moses preceperit, &
non de octo festiuitatibus quas eccle-
sia catholica cognoscit & detinet. Di-
cit enim ita Moses Iudeorum populo
primū de neomenia & sabbatis, secun-
do de Pascha, tertio de azymis, quar-
to de manipulis, quinto de tubicinati-
one, quæ græce σαλπὶς dicit, quæ ce-
lebrant Iudæi per annum solenniter,
sexto autem ieiunium, septimo taber-
naculorum constructio, octaua quæ
est plenitudinis fructuū, pomorumq;
uindemia Octobris mensis, omnium
postrema collatio & cōsumatio, quæ
& secundum menses octo diuersitas
iuxta literam celebratur à Iudæis, & se-
cundum spiritalem scientiā incipienti-
bus mense martio, in octauo mense, id
est Octobre, cōsumate omnia per or-
dinem

dinem à Christo domino conferuntur,
quæ sunt plena salutis eterne pignora,
in fide atq; opere Christianitatis con-
summanda atq; cōprobanda: nam & si
tunc temporis iubebātur Iudæi deo of-
ferre horum mensium diuersa munera,
ut recedentes ab idolis deo esse cogno-
scerent offerenda hæc omnia: attamen
illa oblationis spiritalis habebant indi-
cia, quæ in octaua perfectione uirtutū,
id est, diei Dominicæ plena fructuum
gratia in fide resurrectionis Domini
iam mortale præmium pignusq; diuini-
tatis subeunde erunt angelici adeptu-
ti homines, non terrestris iam oblatio-
nis offerentes munera, id est, uitæ carna-
lis sacrificia, sed cœlestis gloriæ partici-
pationem quippe sperantes à Christo
Domino cōsequi saluatore: octies em̄
offerentes dona annua, & octauū diei
quippe plenitudinē cognoscētes, diui-
niq; spiritus accincti fortitudine, id est,
summa rerū perfectiōe præditi, de hoc
exeūtes seculo, resurrectionis illic pro-
missam gloriā se posse consequi, cœle-
stisq;



stisq; dignitatis cōsortio copulari non
desperant, quod dominus dignatus est
dicere: Tūc eritis sicut angeli. Iustis om
nibus & perfectis hoc p̄dicans, quod
& Dauid dixit pro Octaua adnuntiās.

*Heretis septuaginta duorum interpreta
tionem respuens.*

*Aquila
Pōticus.*

SVnt heretici, qui sicuti Iudēi septu
aginta duorum sanctorum, sapien
tissimorumq; uirorum interpretationē
respuentes, Aquilę cuiusdam hominis
unius Pontici, qui post annos multos
interpretatus est editionem suscipiunt.
Qui cum quædam prætermisisse neces
sitate urgēte tunc temporis cogerent,
dissōnantia putantur dictasse, is ueluti
plus à quibusdam Iudēis maxime intel
lexisse laudatur, cum de patre, & filio,
non sicuti illi priores de lege dictaue
rint: Septuaginta enim duo dixerūt: ad
uersus dominū, & aduersus Christum
eius. Aquila autem, aduersus dominū,
& aduersus unctū eius. Et iterum: Ec
ce uirgo in utero concipiet, & pariet fi
lium, Septuaginta duo dixerunt: Et no
men

men eius, deus nobiscum. Aquila au
tem dixit: Ecce iuuenula concipiet, &
pariet filium, & nomen eius potens
cum hominibus. Quæ quidem si pio
sensu lectionis accepta fuerint, quo for
tis & potens nemo nisi Christus deus
dei sit filius recte intelligit: si autem de
eo dubitat, abiicienda, & spernēda est
talis editio. Vnde Iudēi non Septuagin
ta duorum interpretationes habēt, qui
de patre, & filio, & sancto spiritu bene
sentientes, unam substantiam, diuini
tatem, maiestatemq; enuntiarunt, sed
illius Aquilæ, qui non ita recte sentit
de filio dei, sed quasi de Propheta nun
tiauērit. Vnde interpretationes eius in
medio librorum nunquam ponuntur,
sed dextræ leuæq; adsignantur. Et ut
contraria, & non plena ueritatis ita le
guntur à plurimis. Septuaginta uero
duorum decreta atq; cōsulta, ea legens
ecclesia catholica semper habet, & deti
net incunctanter, illius autem quasi su
perflua ita estimat esse & iudicat. Hæc
etenim, id est, Septuaginta duorū inter
pretatio,



pretatio, sub Ptolemeo rege Aegypti-
 orum, post Alexandrum Macedonem
 est edita omnibus, populocq; Iudaico in
 Hierusalem data est, cū habitarent non
 multi Iudei, uelut in subiectione iam
 positi regis Aegyptij, rogatiq; ab ipso
 Ptolemeo, ut interpretes mitterentur
 Alexandriam. Quo cum uenissent Se-
 ptuaginta duo sapientes, ac prudentes
 uiri interpretes, secundum iussum regis
 hebream linguā Græco sermone inter-
 pretati Græcis literis ediderūt, sicuti &
 factum est. Cumq; suscepisset eos Pto-
 lemaeus rex Aegypti, tentare uolens si
 esset eorū diuina scriptura, quam lege-
 bant Iudæi, separatim quencq; iussit in-
 cludi in cubiculum, nullumq; uidere
 aliū, nisi solo excepto eo, qui interpre-
 tem exciperet dictantē: omniumq; ac-
 cipiens postea interpretationem, quoti-
 die cum consentientem in unum inue-
 niret editionem omniū, iussit conscri-
 bi atq; poni in templum, ut ueniētibus
 de Achaia, de Græcia, atq; alijs prouin-
 cijs philosophis, poetis, & historiogra-
 phis,

phis, cupientibus legendi copia non
 negaret. Vnde & maxime argumēta
 sumentes Philosophi, Poëta, Orato-
 res, atq; Historiographi sicuti uolue-
 rūt ad suę paganitatis mēdacia transu-
 lerūt, alijsq; nominibus rudes puero-
 rum animos edocētes, legē dei diuinā
 irritā seculo facere properarūt, impie-
 tatisq; semina in sono uerborū, in peri-
 culosis sententijs cōfirmarunt, quorū
 causa dicebat & dominus, fures atq; la-
 trones eos fuisse, in omnibus atque
 ab omnibus cognoscendos.

Hæresis de septuaginta interpretibus.

Est hæresis, quę iterum post Aqu-
 lam triginta hominū interpreta-
 tionē accipit, non illorū beatissimorū
 Septuaginta duorū, q̄ integre inuola-
 tecq; de trinitate sentientes, ecclesię ca-
 tholicę firmamenta certissima tradi-
 derunt interpretantes scripturas. Isti
 triginta in multis Aquilam sunt secu-
 ti, unde ab ecclesia catholica & isto-
 rum non suscipitur interpretatio, quę
 continetur in libris autentis.



Alia de eadem re.

Est hæresis, quæ iterum sex uiro-
rum interpretationem postea e-
dita tam uult sequi, non illorum priorum
sanctorum, qui Septuaginta duo-
rum alijs modis interpretari desiderant,
non paruum errorem incurrit, diuersa
itaque sentiens de fide catholica.

Tertia de eadem re.

Sunt heretici alij, qui Theodotionis
& Symmachi itidem interpretationem
diuerso modo expositam sequuntur,
non illam beatissimorum priorum, quam
ecclesia catholica colit & predicat.

*Hæresis de libris ueteris testamenti in
dolio inuentis.*

Est alia hæresis, quæ de dolio inuen-
tos libros post captiuitatem, postque
incensionem prolatos, & non consen-
tientes interpretationi primæ sancto-
rum uirorum uult sequi, cum ecclesia
catholica Septuaginta duorum inter-
pretationem legat, colat, & predicet:
alia autem superuacua, & contraria
tantæ editioni contemnit & abiicit
Hæresis

Hæresis quod dijs alienis non sit

maledicendum.

Sunt quidam heretici non intelligentes
quod dicit scriptura: Dijs alienis
non maledicetis. Et ita obseruant, pu-
tantes de uanitate Paganorum dixisse, at-
que ita sentientes non paruum salutis suæ
sustinent detrimentum: Cum enim Mo-
ses dicat: Templam eorum destruuetis, ido-
la frangetis. Et Abraham beatissimus
frangens idola iustificatus est. Et Gede-
on nocte incedens idola & frangens,
à deo tantum uirtutis meruit impetrare,
ut cum paucis infinitos uinceret inimi-
cos: omnesque iusti, ut Helias, & alij ite-
rum: quomodo ergo hic estimat homo
imprudens de idolorum dixisse uanita-
te, nisi demum non esse maledicendum
cum Dauid dicat: Similes illis fiant qui non esse
adorant ea. Hic itaque dijs non esse male
maledicendum alienis cum dicit, est iustus dum quid
ab origine mundi colentibus pietatem ue-
ram, id est, angelis, & sanctis alijs uere
fidei dedicatis non esse maledicendum:
nam omnes iusti maledixerunt idolis,
1 4 &

& fregerunt ea, indeq; meruerunt gratiam: Vt Moses fecit de monte descensum, sine eo quod Christi nuntij, hij sunt dii ut Moses Pharaoni & Aegyptijs, cum scriptura clamer: Ergo dii estis. Vtique qui sanctam adorandam que trinitatem colentes forti fide predicant, qui & omnes iusti uere beati & sancti sunt, & ut dii infidelium scilicet dignoscuntur, quia ait dominus: ad quos fuit uerbum dei, & per eos predicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, ut Paulus, Barnabas, & Moses Pharaoni, qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi atq; honorandi, & glorificandi, ut dixit Dauid: Timentes autem dominum glorificauit. Et dominus: Glorificantes me glorificabo. Non ergo intelligentes uirtutem scripturarum ex litera paganitati consentiunt, & alieni a Christianitate reperiunt. Quia ergo non credebant iustis Iudaei prophetis, & alijs talibus, alieni & isti sicut & Paganij iudicabuntur a domino per scripturam, atque

atq; ita nuntiabat, ne malediceret suis doctoribus, & prophetis, & iustis alijs.

Heresis de Melchisedech sacerdote.

Sunt quidam legentes haeretici in Genesi de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem ciuitate, tunc temporis ita nominata sub Abraham beatissimo Patriarcha, de quo ait scriptura: Sine patre, sine matre fuisse genitum eum, cum sit hoc contrarium ita sentire: Scriptura enim non de carnali eum generatione editum esse negauit, sed de iustis eum non genitum parentibus declarauit, qui naturali studio de mandato pristino ad tantam Christi peruenire meruit scientiam, ut quae a parentibus suis non audierat, proprio tamen studio maiora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerenda, cum dicat dominus per prophetas: Ecce ego facio noua. Et: Priusquam ueniant annuntiata sunt uobis. Et: Nolite meminisse preterita, quae in lege carnaliter dicta sunt. Et saluator ait: Quod nascitur de carne, caro est:



Melchise & qđ nascit de spiritu, spiritus est. De
dech sine hoc em̄ cū dicit: sine patre, sine matre
parēibus editū, sine traditione atq; doctrina pa-
ortū quid rentū eum fuisse inquisitorē scriptura
fit. nūtiavit, naturaq; potētē ad panē cœle-
 stis sapiētīe, id est, Christi mysterij per
 mandatū declaravit aduertētes: qđ sci-
 ens Apostolus, naturam hominū cœ-
 lestis scientiē ac pietatis esse capacem
 in omnibus, predicabat ita: Cum enim
 gentes que legē non habent, naturali-
 ter ea que legis sunt faciunt, isti legem
 non habentes ipsi sibi sunt lex, q̄ osten-
 dunt opus legis scriptum in cordibus
 suis, & cetera. Quod etiā ait dominus
 Petro: quia caro & sanguis non illi re-
 uelasset, sed pater qui in cœlis est: fidē
 q̄ppe domini saluatoris ostendēs. Ide-
 oq; & ipse iterū dominus: Si quis non
 renatus fuerit ex aqua & spiritu, non
 intrabit, inquit, in regnum cœlorum.
 Et iterū in lege: Qui dixerunt patri &
 matri, non nouimus uos, isti custodie-
 runt mādatum meum, dicit dominus.
 Non genituram parentum odiendam
 utiq;

utiq; sed impietate eorum paganam
 spernandam atq; damnadam esse mo-
 dis omnibus collaudabat, cū dicat: Si
 quis non renuntiauerit suis omnibus,
 non erit dignus regno cœlorum. Hic
 igitur beatus Melchisedech cū de alie-
 nigenis, id est, Chananēis impijs fuis-
 set editus, contempta impietate paren-
 tum, cum capax legis diuine cœlestiq;
 esset, & suo studio, ut dei imago in qui-
 sito dei mysterio, cōtemptis impijs pa-
 rentibus, non solum cognoscere Chri-
 stum dominum ante in mandato, insu-
 per etiā eius cœleste mysteriū meru-
 it intueēs & intelligens celebrare. Ide-
 oq; & Apostolus baptizatis dicebat:
 Vos autem nō estis in carne, sed in spi-
 ritu. Duorum igitur populorum Mel-
 chisedech, & Abrahę erat tunc in unū
 societatis coniunctio pręcepta quip-
 pe & circuncisionis conueniens ratio, *Melchise*
 ut Melchisedech quidē personā Chri- *dech Chri*
 stianorū gereret, ita ut nos uiuamus, *stianorum*
 & celebremus in omnibus. Iudæorum *typum ge*
 autem figuram Abrahę circuncisio *rit.*
 Christi

Christi quippe fidei subdita, cœlesti-
Abrahā eius inseruiēs mysterio salutari, ut *Ab*
Iudæorū raham beatus Melchisedech sacerdo-
typum ti magno erat subditus, cui insuper eti-
gessit. am decimas de suis facultatibus offer-
 re non dubitaret ut regi atque sacerdo-
 ti dei, quod nunc Iudæorum docilitas
 subiecta nobis est. Cum uelit edificare
 atq; à nobis de lege & prophetis Chri-
 sti mysteria paulatim agnoscere, atque
 in eius passione cœlestem sperare sci-
 entiam de lege pariter & prophetis.

Hæresis de Zacharia propheta de ieiunio.

Sunt quidā legentes in Zacharia,
 quo dicit: ieiunium quarti, & ieiu-
 nium quinti, & ieiunium septimi,
 & ieiunium decimi erit domui Israël
 in exultationem & gaudium. Quid er-
 go si quis omnem septimanam uolue-
 rit, aut menses ieiunare multos, in præ-
 iudiciū incursumus est? Absit: imò po-
 tius laudem habebit ampliorē, ut mul-
 ti propheta fecerunt, & iusti homines
 quotidie faciunt plurimi, sed cum di-
 cit quatuor ieiunia, ueluti dies quatuor
 or ieiunan-

or ieiunados decernit: Non autem no-
 bis dixit, aut mensis alicuius, aut anni,
 sed sic absolute predicauit, ut mysteria
 Christianitatis ipsis quatuor ieiunijs
 nuntiata cognosceremus: nam per an-
 num quatuor ieiunia in ecclesia cele-
 brantur: In natali primum, deinde in
 Pascha, tertium in Epiphania, quartum
 in Pentecoste: Nam in Natali Saluato-
 ris domini ieiunandum est, deinde in
 Paschæ Quadragesima, atq; in Ascen-
 sione itidem in cœlum post Pascha
 die quadragesimo, inde usque ad Pen-
 tecosten diebus decem: Id quod po-
 stea fecerūt beati Apostoli post ascen-
 sionē, ieiunijs & orationibus insisten-
 tes ut scriptum est, quod meruerint in
 Pentecoste plenitudinem diuini spiri-
 tus, & perfectionem consequi potesta-
 tis, ut irrigatione diuini spiritus afflu-
 ente, iam armis instructi cœlestibus,
 omni dubitatione seposita, in qua erāt
 ante, post autem doctores inuicti &
 gloriosi martyres ipsius domini fieri
 quotidie properabant, Iudæos & Pa-
 ganos

*Quatuor
 ieiunia.*





ganos edocentes, eisquē de lege & prophetis Christum ubiq; dominum cum patre sempiternū prophetarū testimonij cōprobātes, eiusq; presentiam carnalem saluberrimā orbi terrarū annūciantes. Alij autem putant secundum quatuor tempora anni cuiusque dixisse scripturam. Alij etiam de Noē dixerūt: Quando audiit & credidit, in de cum arcam cōfecit: postea autē cum intrauit in eā: quarto quādo exiuit de arca. Alij autem Iudgorū Israël dixisse scripturam arbitrantur, quod cum audiuit populus primū in Aegypto per Moſen tunc temporis & credidit, liberatū de Pharaone & Aegyptijs: deinde quod exiuit de Aegypto: tertio quod in mōtem iuit, & accepit legem à domino saluatore: quarto quod intrauit in terram repromissionis: sed nō omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo soli, Iesus et Chaleb, ut dixit scriptura. Alij autem dixerunt, quatuor ieiunia sunt ecclesie ista in quatuor libris Moſi: quia primum fecit deus omnia in Genesi

Genesi & hominem, ut scriptum est. Secundo in Exodo, quo de tenebris liberatus exit omnis homo credens in Christum: deum. Tertio quo in Leuitico offert sacrificia diuersa, quae sunt omnia Christianitatis mysteria. Quarto post oblationem spiritalium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conscribi, quod ait & dominus: gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in libro caelorum. Ideo & Dauid de Iudaeis dicit: Deleantur de libro, & cum iustis non scribantur. Et ipse iterum: Et in libro tuo in te credentes conscribentur. Haec etiam ieiunia in quatuor Euangelia nos oportet accipere, de Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus, & Apostolis, quae in nobis complenda sunt. Quod primum fides Patriarcharum, deinde uirtus Prophetarum, tertio labor sacerdotū, quarto Apostolorū perfectio inuicti certaminis nuntiantur, quae diuersae uirtutes inuicem cum suis uirescunt connexa temporibus, & docentes homines diuersa

diuersa iocūditatis gaudia desideranti
bus & cupientibus subministrant.

Hæresis de uxoribus & concubinis

Solomonis.

SVnt heretici, qui cum legunt in So
lomone, sexaginta regina, & o
ctoginta cōcubina, & iuuenula, qua
rum numerus non est: putant eum mu
lierum causa & iuuenularum atq; con
cubinarum numerū edixisse. Cumq;
ita sentiunt, infructuosi, imō potius ut
Pagani impij, et Iudei ineruditi atq; in
docti iudicantur, ignorātes quod hæc
rationabilia sunt & intellectibilia ab
eodem nuntiata, quæ in Christi maie
state & potētia diuersa gratiarum mu
nera humano generi ostendebantur
aduentura, diuersisq; temporibus uo
luntati hominum ac capacitati deside
rantium ab eodem impertita, non de
negante parem gratiā, sed iuxta quod
caperē potuisset uoluntas hominum
nosceretur, ipso domino tribuente at
que conferente quærentibus studiose,
cum dicat beatus Apostolus Petrus:
In ue

In ueritate cognosco quod deus perso
narum acceptor nō est. Et Paulus Apo
stolus itidē: Deus hominis, inquit, per
sonam non accipit. Ex uoluntate itaq;
iuxta quod quisq; desiderat, ita et à deo
Christo ei tribuetur atq; impertit quo
tidie. Diuersa igitur dignitates, ac di
uerse gloriæ à Solomone nobis nuntia
te sunt: In mandato quippe, lege, &
Christi gratia omnia quæ & primo &
secundo & postremo tempore populis
per diuersa meritorum collata sint mu
nera dignitatis, ut priori populo, dein
de Iudeorū, tertio Christianorū, qui ab
illis prioribus qui ante Iudeos fuerunt
cum edocemur in Christi presentia &
de diuersam effusam gratiam capienti
bus & querentibus quotidie peruide
mus effundi. Nam quod alię animæ ad
regimina, alię ad coniunctionē, alię ad
incrementū perfectionis ætatis in con
iunctionem future fidei Christi domi
ni uocentur, manifestum est dicente
Apostolo: Qui coheret Christo domi
no unū corpus est. Nam ubi reginę no
m men

men dicitur, regni cœlestis manifesta-
tur excellens nobilitatis sublimitas,
quod & Dominus uocationem multo-
rum prædicans, paucarum electionem
annuntiat affuturam. In quibus triplex
uirtutis dignitas enitescit & in Euāge-
lio, dicente Domino ad illum: Si uis esse
perfectus, uade, uende omnia quæ ha-
bes & da pauperibus, & ueni sequere
me: & habebis thesaurum in cœlo. At
ille tristatus est, inquit, ut scriptum est:
Ergo & si ante generaliter secundum
temporis diuisionem populorumq; fa-
ctum est, tamen in Christi præsentia tri-
plex gratia resplendet ac dignitas, ut
alij perfecti, alij sequentes, alij postea
secuturi demonstrarentur, non in uno
modo dignitatis, id est, regni cœlestis
inueniendi, sed secundum fidem ac la-
borem eorum atque diuersa certamina
mercedem congruam adepturi, dicente
Domino: Multę mansiones sunt apud
patrem meum. Ideo & Dauid animam
ad regimen uocatam modis omnibus
collaudat, edocens: *Astitit regina à de-*
xtris

extris tuis. Aliam etiam sequi hortatur:
Audi filia & uide, et obliuiscere domus
patris tui, & concupiscet rex speciem
tuam. Vt ergo est rationis conuenit co-
gnoscere quod alij in regnū, alij in pa-
radisum, alij in uitam atq; remissionem
peccatorū in futuro erunt deputandi,
quod non negatur currentibus ac uo-
lentibus nunc ut oportet: dissimulanti-
bus autem, & non recte currentibus à
domino hæc non erunt conferenda.

De spiramine quod Adam accepit hæresis.

Alia est hæresis, quę spiramen quod
accepit Adam putat tantū esse,
quantū est à Christi post resurrectionē
cōcessum Apostolis: cū ignoret quod
spiramē est modicę uirtutis aliqua gra-
tia, in audienda lege dei multorum pri-
mum. Spiritus autem perfectionis est
plenitudo. Spiramen itaque datur ab
infantia & catechumenis. Spiritus au-
tem in incremento doctrinę fideiq;
& salutaris baptismi plena dei gratia,
ut intelligere, & ad maiorem iam pos-
sit scientiam peruenire. Ideoq; post ba-
ptisimum

*Spiramē
men.
spiritus.*





ptissimum spiritū ut Apostoli iam non
 sed spiramen accipit qui baptizatur in
 trinitate: Cōmune est enim omniū spi
 ramen: Spiritus autē paucorū est fide
 um atq; credentiū, & discentiū, & uelu
 ti ab honore ad honorē, & à gloria ad
 gloriam maiorē cœlestemq; scientiam
 & gratiam peruenientiū, dicente Apo
 stolo, quod à fide in fidē procedimus,
 & à gloria ad gloriam prodire propera
 mus. Ideoq; ait ipse: Primus homo de
 terra terrenus, secundus homo de cœ
 lo cœlestis, ut & natura nō exors Chri
 sti muneris inueniatur aliena penitus,
 id est, nec catechumenus, & fides atq;
 doctrina, studiumq; & uita præclara in
 paucorum fideiū & cupientiū uolun
 tate dinosceretur exuberās, dicēte Do
 mino: Habenti dabitur, & plus ei adsi
 cietur: Non habenti autē & quod habe
 re uidetur aufertur ab eo. Quod Iudæo
 contigit, & alijs itidem plurimis.

Hæresis de funiculo mensorio in Zacharia proph.

Est hæresis, quæ cum audit in Za
 charia propheta de funiculo agri
 menso

ensorio, de quo & Dauid edixerat,
 quod angelus tenens ibat mensurare
 Ierusalem, æstimat secundum literam
 ita dixisse scripturam: cum non Ieru
 salem metiri, quæ tradi debebat hosti
 bus, sed credentium recte atque pau
 corum perfecte lectio nūtiabatur per
 angelum affutura, ut dictum est: Mul
 ti uocati, pauci electi. Ierusalem ergo
 in funiculo agrimensorio mensuraba
 tur, id est, & ante sub paucis, & post si
 dem Christi paucorum catholice ti
 dei gignendo electio prædicabatur in
 seculo. Quod & Apostolus ait: Opor
 tet hæreses esse ut probati manifesten
 tur. Quia ergo funiculus hæreditarius
 triplici uirtute connexus est, id est, pa
 tris, & filij, & spiritus sancti, hæc cōiun
 ctio cum in una eademq; accipit fide
 atque credulitate: Aequalitatis quip
 pe, & uirtutis cōiungenda unitas, atq;
 colenda potētia cū noscitur ab ecclesia
 catholica, nō in diuersa maiestatis aut
 qualitatis credēda substantia prædicat,
 ut quidam æstimant Hæretici. Quod

*Agrimen
 sorius fa
 niculus in
 Zacha
 riam*



& dominus dicere dignatus est: Puras filius hominis cū uenerit inueniet fidem super terram: Quia & ante propheta quod tūc erat in paucis, & post Christi præsentiā, passionem, & resurrectionem eius, diuinamq; sententiā quod essent præsuaricaturi, hoc ita nūtiatum sit, ut sin hæretici hodie qui à spiritu sancto, aut à filio recedentes diuersam maiestatis & potentia inæqualitatem quotidie prædicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere, quod funiculus, ut ait Solomō, triplex non disrumperetur, quod & credi debet à nobis, quod & de diuina substantia, & propria, filius & sanctus sit itidē spiritus: Patri q̄ppe connexus in omnibus, q̄ & cognosci debet & coli ab omnibus. In hac ergo cōiunctione baptismi & Saluator nos dignatus est cōfirmare, imperās: Euntes baptizate omnes gētes in nomine patris & filij & spiritus sancti. In q̄ cōiungētes filiū patri, & spiritū cum filio et patre, hāc salutē cognoscimur adepturi, quā non aliūde salutis remediū, nisi ex fide

hac humano generi cognoscimus affuturā. Vnde & in hac cōiunctione sanctæ adorandæq; trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster, Noë, Abrahamā, Moses & prophete, sacerdotēs, iudices, et Apostoli, pariter et Euāgeliste prædicētes meruerūt consequi angelicā dignitatē, in qua & ecclesia catholica exultat, hoc prædicās quoti die atq; edocēs, eandemq; hāc omnē impietatē paganā & iniquitatē Iudicā destruēs quotidie omni exultat in gaudio. Nā etsi triplex funiculus debet accipi primū mādati, deinde legis in medio tēpore, deinde gratia saluatoris utilitatis nō paruē est, aut si de fide, spe atq; charitate, ut dixit beatus apostolus, quis uelit accipere: & in hoc nō paruū est intellectus prudētioribus ac spiritalia desiderātib; plurimis.

Heresis decerpta ex Isaia propheta de Cherubin & Seraphin.

Est quoq; hæresis, quæ cum legitur in Isaia propheta, quod Cherubin & Seraphin animalia duo sex pen
m 4 nis



nis prædita, duabus faciē dei, duabus pedes tegebant, & duabus clamabant uoce sublimi deum collaudantes, nimum conturbatur: & nunc historiam quærens, nunc rationē intellectibilem perscrutans, diuerſa ambiguitate fatigatur. Cum & secundum literam non parua sit utilitas, & secundum intellectibilem rationem Christi resonet cœlestis scientia: Secundum literam enim primum, quod deum inuisibilem scriptura docendo, impietatem ubique paganam damnabat, in quo scripturę illorum impiæ uisibilem & cōpositum prædicāt. Deinde etiam Iudæorum, ne & ipsi pari cæcitate obtecti, ut Gentes impiæ corrupti sensibus deperirēt, hoc ita edocuit. Sed hic etiā erat Iudæorum futuri temporis in Christi præsentia in credulitas & coopertio annuntianda mysterij: quod cæcitate operti nimia, nec prophetæ, nec ipsi domino erant postmodum credituri, cum missus ad populum prædicat manifeste: Aure audietis, & oculo uidebitis, & non intendetis: cooperti quippe tenebris lucem

salutis aternę, id est, Christi carnalē præsentiam non erant agnitori, sicut & factum est: Quod Apostolus docens, uelamen esse usque hodie in cordibus eorundem positum affirmauit: quod non reuelabitur usquequo Christum non crediderint saluatorem. Vbi autem cōuersi fuerint, id est, crediderint in Christum dominum, auferetur uelamen ab eorum cordibus. Quod autem & duo animalia nuntiata sint Cherubin & Seraphin, lex quippe & Prophetæ, testes Christi & doctores seculi, non est ambiguum. Velabant autem faciem & pedes domini: siue quia in parabolis, & similitudinibus, & ænigmatibus de cebatur mysterium, ut scriptū est: Aperiam os meum in parabolis. Et Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et Apostolus: Filium suum, inquit, pater reuelabit mihi, id est, de lege atq; Prophetis ostendens. Sex autem pennæ erant eis, & duabus quidem faciem, & duabus pedes cooperiebant, duabus autem clamabant, ne forte
m 5 faciem



faciē & pedes cū dicit domini cooper-
tos, qd sursum atq; deorsum est, & lon-
gitudō & latitudo de deo monstrare,
qd nec altitudo nec pfundū, nec latitu-
do nec longitudo dei potest cognosci
aut inueniri cōdigne ab aliqua creatu-
ra, & maxime hominū, aut humanis
quorundā sensibus cōprehendi: q; eti-
am tantā elementorum naturā im-
mensamq; creando perfecit, quāto ma-
gis qui talia fecisse cognoscit modis
omnibus antecellit: Solum aut per fi-
dem noscī: quia uirtus, inquit, in in-
firmitate, in similitudine & enigmati-
bus perficit atq; inuenit. Cumq; tanta
immensitas dei dicit atq; nuntiat dua-
bus pennis, id est, à Cherubin & Sera-
phin, lege atque prophetis canitur &
predicat. Duarum etiam pennarum
clamatō die noctuq; id est, & hic &
in futuro cordis q; credulitas ho-
minū atq; oris cōfessio nō desinēs in-
uenit quotidie resonādo, q; & tunc ca-
nebat ab angelis, atq; ab hominibus
predicabat in seculo: ut quod uidere
in ex

in excelsō, profundo, lato atq; longo
non poterāt, corde credentes, atq; ore
confitentes, indefinēti uoce cantātes
omni tempore letarentur. Nam quod
inuisibilis & incapabilis sit diuinę qua-
litas natura & substantia, in lege &
prophetis ostenditur, Ioanne dicente:
Deum nemo uidit unquā. Non dixit,
non credidit, sed, non uidit. Ergo do-
minus credendi potentiam, & cōfite-
di solum fiduciā tribuit, ut uirtus eius
inenarrāda carnali fragilitate manife-
sta nosceret: quod & dominus ubiq;
fidem suam pratēdit hominibus, quā
& ipse ante dederat, posteaquē in sua
presētia cōfirmauerat. Cherubin au-
tem & Seraphin quadriformia, id est,
leonis, uitali, hominis, & aquile, diuer-
sa sunt sanctorū pariter uirtutumq; cer-
tamina fortiora precellendę eorum ua-
rięq; dignitatis patriarcharū q; &
prophetarum, sacerdotum atq; Apo-
stolorum itidē cum Martyribus socia-
ta, ut in quibus ante tanta fides & dile-
ctio Christi exuberans noscebat, im-
par

par autem doctrina in quibusdam po-
stea cogente causa temporis canebatur,
non impar tamen fidei, ac certaminis
gloria in coniunctione diuersæ uirtutis
monstraretur à Christo concessa atque
condonata, inq̄ omni Christianorum
populo nosceretur, ut quod uidere non
possumus, nec humanis condigne sen-
sibus definire, corde credentes, atq̄ ore
confitentes, hjs duarum pennarum uir-
tutibus non desinamus Iudæis & Gen-
tibus hoc gaudij prædicare, atque hjs
sublimes uirtutibus euolare, sperantes
cœlestia, ubi Christus est dominus, ut
ait Apostolus, inq̄ hac sententiâ salutem
perpetuam posse consequi non dubi-
tantes, docente eodem: Quod si credi-
deris in corde tuo, & confessus fueris
Christum dominum saluatorem cor-
poris crucifixum resurrexisse, saluus e-
ris: Corde enim creditur ad iustitiam, o-
re aut confessio fit in salutem. Vnde ait
de Christo domino, qd̄ eius qualitatis
diuina substantia nõ in uisione & men-
sura, aut compositione cõsistat aliqua,
sed in

sed in fide uirtutis atq̄ cõfessionis no-
stræ exuberans consumat, quæ latitu-
do & longitudo, altum atque profun-
dum sit scire, inquit, eminentissimã &
incõprehensibilem Christi dei gratiã
atq̄ nõ est humanæ fragilitatis poten-
ter expromere, sed in fide atque per fi-
dem facile posse cõtingere docuit, qd̄
mens hominũ non preualet enarrare.

*Hæresis de Isaiã propheta labia tacta
carbone.*

SVnt quidam q̄ æstimãt, quod Isa-
ias post cõfessionem populi pec-
catoris, ac precem quam supplex ad
deum effuderat, de Cherubin unus ue-
nerit missus à deo ad prophetã, & ac-
ceperit de forcipe carbonem, & tetige-
rit labia ipsius, aitq̄ ei: Ecce iam mun-
datus es. Putant aut de angelis unum
uenisse ad eum, aut de animalibus, aut
de forcipe ignem accepisse, & mun-
dasse prophetam, quod non est adeo
scientiæ salutaris: cum hic de Cheru-
bin aut Seraphin unum animal cum
dicit, id de duobus testamentis dicit,
unde



unde Patriarche, prophete, Sacerdotes edixerint & Apostoli, q̄ mūdo omni aduenturā gratiā ostendebāt, quā driformi uirtute fulgentia munera ad certamina cœlestia capiētibus ministrātes: Nam Cherubin plenitudo scientiē dicit, uirtus ignea peragrās appellat. Hī itaq; plenitudinē habētes scientiē spiritualis, ac Christi mysterij tenētes diuitias, diuersas doctrinas iussu domini nobis dimittūt & deferūt, omnīq; seculo itidē sine quadā intermissione nuntiantes, ex q̄bus unus missus est ad Isaiā prophetā, hanc q̄ppe Christi doctrinam annūtiāns, saluatorem quod erat aduenturus in carnem, spiritusq; diuini credentibus allaturus gratiam copiosam. Isaias itaq; de Patriarchis, & lege & prioribus suis prophetis acceperat gratiam fortiorē, id est, diuini spiritus potentiam ampliorē, a prioribus scilicet, ut Christi mysteriū, id est, incorporationis ipsius seculo gratiam nūtiaret. Ideo & dominus ad quosdam: O duri corde & impruden-

tes animo, cur nō aduertitis quod lex & prophete de filio hominis que ante p̄dixerant affutura cuncta cōsumari oportuerat: Decebat enim de Patriarchis & lege beatū accipere Isaiā, ut ab eis doctus, forti animo Christi carnalem presentiam p̄dicaret. Ignem etiā qd ait accepisse angelum, et purgasse ipsius labia, utiq; diuini spiritus ei gratiā ostendebat cōcessam a domino, ut ait: Ignem ueni mittere in mundum, quā uolo ut accendat ocyus. De forcipe autem, id est de ferro, de uicta natura eius atq; diuina q̄ppe dicebat potētia, quod corpus Christi diuino spiritu diuinaq; potētia in utero sancte uirginis creatū atque consummatum est, sicut scriptum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus defobumbrabit te. In quo apparēs corpore uinceret omnia, a nullo autem superaretur: Sicut enim ferro domantur ac subijciuntur omnia, a quo & gladius gignitur ut dictum est: Verbum domini gladius bis acutus, qui domare potest



testimonia, domari autem ab aliquo non potest: Daturusque eis erat post passionem in resurrectione diuini spiritus beatis Apostolis inuictam potentiam, ut scriptum est: Spiritus domini super me, & cetera. Et Petrus promissione accepta a patre, ad Iudæos dicens effudit hanc gratiam, quam uos uidetis atque auditis hodie. Igni etiam forcipem sicut formari cognoscimus, ita & corpus domini diuino spiritu nouimus consummatum. Itaque ita suis eum dedisse in corpore illam promissam gratiam atque inuictam potentiam, ut ait: Dedi uobis potestatem calcare super omnem uirritem inimici. Et Apostolus: Quis nos separauit a charitate Christi? per quam eis cunctis iam in hoc credentibus seculo, ut dictum est, per impositionem manus Apostolorum diuinus dabatur spiritus in Christum dominum credentibus saluatorem. Et sicut duo animalia duo hæc testimonia accipiuntur, legis & prophetarum, adstantia domino, sicut uiderunt in monte

in monte Apostoli, attamen rationis erit, quod & duo animalia intelligenda sunt mandatum primum quod datum est, quod & spiritale potest intelligi, ut scriptum est, quod & Saluator non soluit, sed confirmauit potius: Secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius & gratiam incorporationis & testamenti passionisque eius, & resurrectionis mysterium continebat. Vnde lex literæ in medio est posita inter mandatum & gratiam, quæ si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: Si autem in carnali iustificatione quis saluari putauerit, abiicienda decernitur, cum de patre, & filio, & sancto spiritu ante legem, id est, ante tria milia annorum, & septingentos annos iusti priores illi sub mandato uiuentes, ac beatam trinitatem colentes, & suis filiis tradentes, cognatisque & seculi predicabant, mysteriumque Christi Domini de ipso mandato antiquissimo nuntiabat. Lex itaque admonitio mandati est, quæ & coniungitur secundum fidem colende trinitatis



nitatis, & iterum separantur quædam
eius propter Iudaicam & carnalem iu-
stificationem, cum & Prophete illa de-
struxerint antea, & Saluator abiecerit,
& Apostoli uetuerint circuncidi homi-
nes. Lex itaq; de mandato causa cogen-
te carnali descendit ad tempus: gratia
autem Christi, id est mysterium incor-
porationis, & passionis, & resurrectio-
nis, fideiq; eius & ascensionis in cœlū
ante legem à iustis omnibus nosceba-
tur, & querentibus, & cupientibus non
celabatur, ut Enoch, Noë, & Melchise-
dech, & Iacob, & alijs iustis ac beatissi-
mis Patriarchis, & cæteris qui ante le-
gem Moysi uixerant, sub mandato sci-
licet constituti, atq; in omnibus iustifi-
cati à Domino. Lex autē & fides Chri-
sti dicitur, ut ait Apostolus, per legem
fidei Christi: Lex carnalis iustificatio
Iudæorum est: mandatum & si non pu-
tatur lex esse, tamen quod à Domino
seruo dicitur & decernitur legis est ra-
tio, ut quod uelit, eligat, aut seruare ut
amicus & fidelis, aut cōtemnere ut ser-
uus

tus sub lege subiectus: Vnde & Salua-
tor Apostolis mandatum dabat, ut ami-
cis & fidelibus, quod & Adē patri no-
stro antequam peccaret similiter dede-
rat: post peccatum autem nō iam man-
datum societatis & propinquitatis, ac
dilectionis erat & fraternitatis, sed ti-
mendę seueritatis iudiciū decernebat,
in contemnendis legis sententijs scili-
cet, ut etiam ait Moses: Maledictus om-
nis qui in legitimis non permanserit li-
bri huius. Ideo & Saluator quæ in lege
dicta fuerant admonebat, & quæ ante
legem data fuerant sub illis beatissimis
comprobabat, ut suam doctrinam illo-
rum priorum cōiungeret, multorumq;
ita credentium & circuncisorum pari-
ter copularet, & naturalium itidem, id
est gentium credentium sociaret, ac no-
lentium Iudæorum aliorumq; incredu-
litatem & imperitiā cōiunctam utro-
runq; condemnaret.

Philastrij episcopi Brixienſis hæ-
reſeꝝ catalogi finis.



LECTORI.

Rati sumus non inutile fore, pio lectori, si Hæreticorum aliorum nomina cum erroribus omnigenis Philastrio nostro adijceremus, ut quum uerbum dei, animæ cibis necessarius, uel audimus in eade sacra, uel legimus domi, à laboribus expediti, planam uiam ante tot nocentissimos homines & seductores ambulare possimus, quibus nihil aliud cordi, quàm aut errores seminare, aut scripturam deprauare, aut uitam turpitudinis plenam docere. Faciles enim omnes sumus ad peregrinas & inutiles doctrinas, quas Paulus, dei electum organum frustra non prohibet. Lege igitur hæc cum diligentia, si regiam uiam in hoc tu multuofissimo seculo incedere, & tutus ad æternæ uitæ tabernacula peruenire desideras.

Vale.

HÆRETICI NONNULI, quos Philastrius non recenset in suo Catalogo.

Actius Sophista.

Actius Sophista Antiochenus primus Christianus, Arrianorum sectæ postmodum adhaesit. Unde Antiochia pulsus est, & Atheos uocatus.

Ammonius Alexandrinus.

Ammonius Alexandrinus preceptor Origenis, fuit à puero Christianus. Prouectior uero factus ad philosophiam se conuertit, deserta sine orthodoxa.

Appollinaris iunior.

Appollinaris iunior dicebat animam à deo uerbo facto non assumptam, aut si assumpta esset, non habere mentem. Huic propterea Christianorum commercio interdictum est.

Berillus.

Berillus Bostrenæ urbis Arabiæ præsul dicebat Christum remanentem demptorem

demptorem ante humanitatem non
extitisse, nec propriam diuinitatis ha-
bere substantiam, sed tantum patris
in eo habitasse. Quem eius errorem
ita repressit Origenes, ut tãdem eum
ad meliorem mentem reuocauerit. tau-
tor Eusebius.

Carpocrates.

Carpocrates hæreticus Simonis
magi superstitiones imitatus
est, quas palam tradebat.

Cherinthus.

Cherinthus dicebat regnũ Chri-
sti post resurrectionem Ieroso-
lymis futurum ubi mille annis homi-
nes libidini & uoluptatibus indul-
sissent.

Ebion.

Ebion putauit Christum purum
esse hominem sine ulla deitate,
perfectum tamen & omni uirtute cu-
mulatissimum. Eius sectatores uocan-
tur Ebionitæ.

Helchesai

Helchesaiæ.

Helchesaiæ quædam de scriptu-
ris refutabant, & quædam rur-
sum admittbant nouæ ac ueteris legis
testimonia. Paulum Apostolum pe-
nitus respuebant. Librum quendam
circumferabant, quem dicebãt de cœ-
lo lapsum, cuius uerba si quis audis-
set, delictorum ueniam consequere-
tur.

Eluidius.

Eluidius Auxenti discipulus fa-
tebatur uirginem peperisse, ue-
rum postea congressam uiro dicebat
alios suscepisse liberos fratres domi-
ni. Insanam eius opinionem confu-
tat Hieronymus.

Eudoxus.

Eudoxus præsul Constant. fuit
imitator Arrianæ sectæ, Valen-
tis principis ætate.

Eunomius.

Eunomius præsul Cizinenus diu-
nitatem negabat in Christo. Plu-
rima



rima scripsit contra fidem, & differenti-
di leges suis sectatoribus reliquit. Nunc
Gregorius Naziazenus & Gregori-
us Nisseus praefules suis argumentis
confutarunt.

Eutyches Constantinopolitanus.

EVtyches Constantinopolitanus
discernebat Christum à uerbo
dei. Negabat praeterea Christi carnē si-
mitem esse nostrae duas in eo naturas
iniciabat. Aiebat ipsum Christi cor-
pus è caelo descendisse in uirginis uter-
um tãquam Solis radios penetrasse.
In hunc celebrata est quarta Synodus.
Volaterranus.

Eusebius Nuomediensis.

Eusebius Nuomediensis praeful
secutus est Arrium, cui & multos
peperit affectas.

Faustus Afer.

Faustus Afer secta fuit Manichae-
us. Scripsit libros in orthodo-
xam fidem, quibus abunde respondit
Augustinus.

Iouini

Iouinianus.

Iouinianus nuptias uirginitati praeferebat, secutus opinionem Stoicorum de uirtutū & uitiōrū aequalitate. Eius scriptis respondit Hieronymus.

Pollio Macedonius.

Pollio Macedonius dicebat Spiritum sanctum nihil habere cōmune cum patre & filio. Fatebat tamen filium patri similem.

Manes haereticus.

Manes haereticus imperante Aureliano Romam uenit è Perside. Hic ponebat duo principia inuicē contraria. Dicebat se natum ex uirgine, & in montibus educatum. Ponebat unicam in Christo naturam diuinam. Eius uero humanitatem dicebat esse phantasticam, causatus non esse uerisimile deū pati uoluisse. Contra uero Paulus praeful Antiochenus affirmauit Christum simplicem fuisse hominem, maximum alio qui propheta. Vide Eusebium de hoc Manete.

2 5 Secta



Sectatores eius dicti sunt Manichæi.

Meletius.

Meletius præsul in Aegypto Arrianis adhesit, habuitque multos affectas, eos maxime qui Petro præfili Alexandrino aduerfabatur.

Menander magus.

Menander magus genere Samaritanus seruatorem se uocabat ex Olympo ad hominum salutem demissum. Docebat nullo pacto angelos ab hominibus uinci posse quam magnæ artis disciplinæ. Varias passim hæreses diffudit, quarum lolio multorum in oculos uiuauit.

Messaliani.

Messaliani cuiusdã dæmonis effectum expectabant, quem sanctum spiritum arbitrabantur. Reheciebant opus manuum tanquam malignum, somnio & otio indulgebant. Eius sectæ principes fuerunt Datofius, Phibas, Dalphidus, Theodof. in

dof. in Hist. Trip.

Montanus.

Montanus Phryx ratione, uocabat se paracletum. Multos in suam traxit hæresim, & Priscam & Maxillam, quas eò redegit infania, ut relictis uiris eum sequerentur, eiusque inspiratione spiritum propheticum habere se crederent. Sectatores habuit Cataphrygæ dicuntur. Hii spiritum sanctum sibi non Apostolis infusum prædicabant.

Monothelita.

Monothelita duas in deo uoluntates negabant diuinam scilicet & humanam, quum tamen res aliter se habeat. Nam Christus multa ut homo uoluit & fecit. Multa item ut deus. Contra hos celebrata est sexta Synodus, Anno salutis 585. Sectæ princeps fuit Sergius præsul Constantin. autor Paulus Diaconus de gestis Longobardorum.

Naua

Nauatus presbiter Romanus.

NAuatus presbiter Romanus sectam instituit Nauatianorum, qui se mundos & puros appellabant. Hic in tantam lapsus est dementiam, ut eos (quibus Eucharistiam praebebat) prius iurare cogeret, se nunquam Cornelium Pontificem secuturos.

Nepos episcopus.

Episcopus fuit in parte Aegypti Nepos nomine qui dicebat sanctos in terris cum Christo mille annis regnatos in libidine & uoluptate.

Nestorius Germanicus.

Nestorius Germanicus praesul Constant. coelum suis sectatoribus promittebat, Christum hominem tantum esse praedicabat, duas negando naturas. In hunc celebrata est tertia Synodus sub Theodosio iuniore.

Nicolaus.

Nicolaus (a quo Nicolaitarum secta orta est) legem in matrimonij refellebat, uolebatque promiscuos esse concubitus. Eusebius.

Paulus

Paulus Samosatenus.

PAulus Samosatenus homo multa arrogantiæ & nullius propè sapientia psalmos solitos cãtari uetuit. Hisque alios suffecit, quos in suam ipse laudem cõscripserat. Negabat filium dei de cœlo descendisse, sed in utero uirginis initium habuisse.

Praxeas Asiaticus.

PRaxeas Asiaticus plures negabat personas in trinitate, sed eundem patrem & creasse omnia, & in cruce pependisse, quod (ut dicebat) cõmunicata pluribus monarchia auctoritatem principatus minuat. Huius argumentis respondit Tertulianus.

Photinus.

Photinus praesul Smyrnaeus humanam solum naturam in Christo posuit instar Ebionitarum.

Sabinus.

Sabinus praesul Heracleæ secta fuit Arrianus. Is Christianos omnes (qui in Synodo Nicena ab Arrio deferebant



defecerant) idiotas uocabat & igna-
uos, eosq; infirmitate ingenij lapsos
dicebat.

Sabellius.

SAbellius hereticus negabat Chri-
stum dei filium primogenitumq;
omnis creaturæ. Atque etiam spiritus
sancti auferebat intellectum. Pone-
bat unicam in trinitate personam.
Hinc uarię factiones & malorum ger-
mina pullularunt. Eius sectatores Sa-
belliani dicuntur. Sunt qui Sabinum
& Sabellium eundem faciant.

Simon magus.

Simon magus natione Samaritanus
multos artibus magicis & o-
pe demonum elusit Romæ, imperan-
te Claudio principe, ita ut numinis lo-
co habitus sit, & honore simulachri
decoratus, cum hac inscriptione: Si-
moni deo sancto. Eum & Samaritani
omnes deum fatentur. Sunt qui di-
cunt eum, quum per aëra deuolaret,
Petri

Petri precibus cecidisse, eaque ruina
miseram exhalasse uitam.

Symmachus.

Symmachus unus ex interpreti-
bus Bibliorū putauit Christum
ex cōcubitu Ioseph & Mariæ natum.
Quam insaniam probare uoluit ex E-
uangelio Mathæi.

Basilides.

Basilides scripsit in Euangelium
24. commentarios, confinxitq;
prophetas quosdam, ut Barabam &
Barcob, aliosq; Barbaris nomi-
bus nūcupatos. Hic instar Pythago-
ræ sectatores suos quinquennio sile-
re iussit.

Theodorus Coriarius.

Theodorus Coriarius humanam
tantum naturam tribuebat Chri-
sto. Fatebatur tamē uerbum dei in eo
habere

habuisse ob excellentem uirtutem, Mariamq; non dei sed hominis tantū matrē esse. In hunc celebrata est quinta Synodus, Iustiniani principis et Vigili Pontificis tempore anno salutis 540. ubi sancitum est, ut Maria Theotocos, id est, dei mater uocaretur. Eusebius libro quinto.

Tertulianus.

Tertulianus patria Carthaginensis, quum in fide aliquandiu perstitisset, tandem clericorum Rom. contumelijs ad Montani dogma delapsus est.

Appelles hereticus.

Apelles hereticus dicebat in Christo fuisse corpus phantasticū, prophetias non recipiebat, qd sese rescinderent, & implicarent contradictionem.

Barbara.

Barbara Sigismundi Imperatoris coniunx stultas dicebat uirgines pro Christi nomine passas, quod uoluptatis gaudia non gustassent. Dicebat

cebat animas cum corporibus interire, nec futuram aliam uitam post hanc quam uiuimus.

Cerdo.

Cerdo hereticus assererat duo fuisse contraria principia. Eius sectae dicti sunt Cerdoniani.

Aquarij.

Fuerūt Aquarij heretici quidam qui solum aquam offerebant in calice sacramenti.

Nyctages.

Nyctages uniuersam noctē somno & quieti concedebant, dicētes naturę genium uiolari atq; corrupti, si ipso noctis tempore uigilaretur.

Hemerobaptista.

Hemerobaptiste apud Iudeos uocati sunt heretici, qui seipos & sua uestimenta quotidie abluebāt. auctor Crinitus.

Marcion.

Marcion hereticus bina principia binosq; deos ponebat, bonum scilicet & malum.

o Templar

Templarij.

Templarij heretici emerferunt anno post imperium Augusti 1030. Hierosolymis in tantam sanctitatis opinionem uenerunt, ut breui tempore multas diuitias ac templa sibi comparauerint, à quibus tēplarij dicti sunt, quod frequentes & assidui uersarentur in templis. Fidem Christi sacris impudentissime abdicatis, in quædam flagitia diuerterunt. Conflauerunt enim simulachrum quoddam miro artificio, cui hominis cutem superinduxerunt, collocati in fronte binis carbunculis oculorum uice promicantibus. Hoc autem loco numinis reuelebantur. Morientium cadauera resoluta in cineres cæteris dabant in potum, ut in ea secta firmiores essent. Natum ex templarij uirginisque coniugio torrebant igne, simul ex humore deliquato suum perungebant simulachrum. Nefanda masculorum libidine conflagrabant. Dammati sunt autem

autem in Vientiensi concilio, & deuoti flammis, sententia Clementis Pontificis Maximi qui Benedicto successit.

Donatus.

Donatus natione Afer dicebat filium esse minorem patre, & spiritum sanctum filio.

Abelonij.

ABelonij, uel Abelani, alias Abelonitæ, hos nonnullos dicunt ex filio Adæ Abel nominatos, qui non miscebantur uxoribus, & eis tamen sine uxoribus uiuere sectæ ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & feminas sub continentia professione simul habitantes puerum & puellam sibi adoptabant, in eiusdem coniunctionis pacto successores suos futuros, morte præuentis, quibusque singulis alij surrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Utrolibet quippe parète defuncto, uno remanenti enim superstiti usque ad eius quoque



obitū filij seruiebant. Post cuius mortem ipsi etiam puerum & puellam simul adoptabant. Hæc August.

Achillas.

Achillas episcopus Alexandrinus, fautor Arrij, dixit non semper deus pater fuit, sed fuit quādo deus pater non fuit. Euseb. tripart. hist. lib. 1. cap. 13.

Acephali.

ACephalii fuere anno. 458. Hæreticorum Chalcedonensium conciliorum impugnatores, duarū in Christo substantiarum proprietatē negant, & unā in eius persona naturā prædicant.

Adamiani.

ADamiani hæretici, hic uocati, quia Adæ imitant nuditatem, Vnde & nudi inter se mares & femine cōueniunt. Vel dicuntur Aditæ. Et hæc nuditas fuit ante peccatum. Vnde & nuptias auersant, quia nec ut dicunt priusquā peccasset Adam, nec priusquam dimissus esset de paradiso cognouit uxorem. Credunt ergo quod nuptiæ

nuptiæ future non fuissent, si non peccasset. Nudi celebrant sacramenta, & ex hoc paradysum suā arbitrant ecclesiā.

ADamite hæretici surrexerunt in Bohemia anno. 1344. de quibus Aeneas Syl. lib. de orig. Bohem. caput. 41. Et isti imitabant Adam in turpitudinis confusione, non in cooperimento honestatis.

Adimantus.

ADimantus Manichei discipulus, rationes contra legem & prophetas scripserat, in quibus ostendere conabatur, quod euangelica & Apostolica doctrina eis erat contraria. Vide Augustinum.

Acriani, uel Eriani.

AEriani, uel Eriani, spernunt offerre sacrificiū pro defunctis. Missas negant pro peccatis, posse satisfactiones contemnunt. Arrij hæresim amplexi. Statuta, ieiunia nihili prædentes, dicentes ea debere esse libera. Dicunt etiam episcopū à presbitero non differre. Ad communionem suā non admittunt, nisi continent, et eos quæ seculo renūtiauerunt, propria



pria nulla possideant, ab esca tamen
carnium non abstinebant.

Actiani.

Actiani ab Aetio descēdūt, dissi-
mitem patri asserētes filiū, & fi-
lio spiritū sanctū. Dicunt etiam nul-
lum peccatum imputari in fide manē-
tium. Vide August.

Atiani.

Atiani contra spiritum sanctum
questiones quasdam cum Eu-
doxianis excogitarunt.

Adelphilius.

Adelphilius princeps Messala/
norum, tempore Valentiniani
imperatoris heresim suam spargens
ab ecclesiastica cōmunionē cum suis
recedens, dicēs. Diuinum cibum nec
prodesse nec laedere.

Alexander.

Alexander Aerarius à fide desci-
uit i. Timoth. i. & i. Timot. 4.

Alogi.

Alogi, alias Alogiani, tanq̄ sine
uerbo dicti, deū uerbū non cre-
dūt. Ioan. euang. respuētes. Vide Aug.

Almariani.

Almariani dixerunt quod deus
sit anima coeli.

Almaricus.

Almaricus an. 1204. sub Othone
4. & Innocentio. 3. emerfit, dice-
bat cū suis seclatoribus, non aliter esse
corpus Christi in pane altaris, quā in
alio pane, & in qualibet re. Sicq; deū
locutū fuisse in Ouidio, sicut in Augu-
stino. Negabāt resurrectionē corpo-
rū, similiter paradisum & infernū: Sed
q̄ haberet cognitionē dei in se, quā ip-
se, haberet in se paradisum, q̄ uero pec-
catū mortale, infernū haberet in se, si-
cut dentē putridū in ore. Altaria, san-
ctos, statua, & imagines thurificare, i-
dololatriā esse narrabāt. Cōbusti Pari-
sij multi illorū. Almaricus exhuma-
tus, & ossa et cinis p̄ sterquiliniū sunt
disp̄sa. Dicūt etiā, si Adā nō peccasset
sexus distinctio non fuisset, sed multi-
plicatio hominū sicut angelorū. Item
qd non uidet in se, sed in creaturis, si-
cut lumē in aere. Itē, qd alias peccatū
est mortale, factū in charitate, nō esse
o 4 peccatum



peccatum dicunt, sic impunitatem peccatorum promittentes. Affirmant id eas, quę sunt in monte diuina, & creare, & creari posse.

Anthiasistę.

Anthiasistę operationem manuum quasi malignam reputant, somnoq; semetipsos mancipant, & iniquitatum phantasias, prophetias appellant. Hij ab ecclesiastica cõmunionem recesserunt, nullam uirtutem sacramento altaris tribuētes. Euseb. lib. 7. hist. trip. c. 11.

Arabici.

Arabici animam cum corpore mori dicunt, atq; in nouissimo iudicij die utrunq; resurgere.

Bonosiani.

Bonosiani à Bonosio quodam episcopo, exorti traduntur, qui Christum dei filium adoptiuum, & non naturalem & proprium asserunt.

Begradi, uel Beguini.

Begradi, uel Beguini An. 1341. fuerunt, hij capitis demisso incedunt, faciem semper cooperiunt, lautē bibunt & co

& comedunt, conuiuia quærunt, confortia mulierum non respuunt, in ecclesia sedent in terra, uultu uerso ad parietem, oculos ad cælum non eleuant. Dicunt etiam, quod homo in presenti uita tantum & talem gradum perfectionis potest acquirere, ut reddatur impeccabilis, & amplius in gratia proficere ualeat. Itē, quod ieiunare uel orare non oportet hominem, postquam gradum ultimum perfectionis fuerit assecutus. Nulli obedire uolebant. In elevatione corporis Christi nolebant assurgere, nec eidem reuerentiā exhibere. Et alia multa excogitarunt.

Cataristę.

Cataristę de carnibus non uescuntur, tanquam de mortuis, uel occisis fugerit diuina substantia, oua non sumunt, quasi & cum ipsa franguntur expirent, uinum non bibunt, dicentes: fel esse principum tenebrarum, cum tamen uuis uescantur. *Deuterius.*

Deuterius hæreticus, Arrianus episcopus, dum in Constantino-





poli, ut dicit Sigisl. in sua Chron. Barbam quandā baptisaret, & male distinguens trinitatē, dicens: Baptiso te Barba in nomine patris per filium in spiritu sancto, aqua disparuit. *Elpulus.*

Elpulus senex hereticus, dixit nullam utilitatē ex sancto baptisate baptisatis accidere, sed solam orationem studiosam inhabitantem dæmonem effugare. Dicebat insuper unumquęq; nascentiū à pro genitore suo sicut naturā, sic etiam dæmonū trahere famulatū, & expulsis per illam orationē studiosam spiritum sanctū aduenire, & sensibiliter & uisibiliter suā designare poenitentia. Atq; corpus passionibus motū cuiuslibet eripere, & animā à mala uoluntate penitus liberari, ita ut nequaquā de cetero egeat, neq; ieiunio macerante corpus, neq; doctrina refrenante & progredi doctrina libēter edocente. Non autem solum qui hoc impetrauerit corporis exultationibus liberat, sed aperte etiam futura prouidet, & sanctam trinitatem oculis cernit.

Euticius

Euticius.

Euticius dogmatizauit, quod alius homo moritur, & alius resurgit, & quod inuisibile, & impalpabile corpus futurum sit, contra illud Iob 19. Quē uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius.

Flagellantium heresis.

Flagellantiū heresis fuit circa temporis concilij Lugd. in Italia ortū habuit, & in Almaniā & Galliam progressa, qui se nodosis flagellis, in quibus aculei inserti erant, flagellabāt ad ostentationem, ex qua secta multi graues errores pullularūt, circa fidē & sacramenta ecclesie, quę postremo igne & gladio extincta est. Homines isti rudes erant, cruces in ueste preferabant, ad urbes gregatim ibant tristes & mœsti, liuentes ex crebris ictibus scapulas prætulerē, neminē rogabāt aliquid, oblata sponte sumebāt. His tamen religionis signis uirtia tegebant, & alebant occulte. Eorum articulos legere poteris lib. 4. de Consolatione ecclesie.

Fratricelli

Fratricelli.

FRatricelli, uel fratres de paupere uita in partibus Italiae ortum habuerunt suum. Hij uisionem animarum dicebant differri usque ad nouissimum diem & in abditis locis tale scelus designabant. Vocarant de industria praeciosiores uiduas & uirgines, & cum in antrum uenirent, sacerdotes clausis ianuis diuinas laudes ad comparandam fidem ex Christiano ritu cantabant quibus nocte media finitis, sacerdotes alta aduonebant uoce, binos debere mascululum & foeminam, spiritu inuocato sancto in copulam carnalem commisceri. Quibus dictis luminibus extinctis, quilibet proximam mulierem prosternebat sibi & si ex tali coitu mulier concepisset, infans genitus in speluncam deferabatur, & per singulas manus trahebatur, tam diu totiesque quo usque animam exhalabat. Isque in cuius manibus expirabat, maximus pontifex creatus habebatur.

Fulgentius.

Fulgentius

Fulgentius Donatista, duo principia, & duo baptismata posuit: & quod reus & peccatoribus sacramentum baptismi nihil conferat. Contra quem August. multa.

Graci.

Graeci heretici, qui summum Pontificem, & Latinos omnes habent pro excommunicatis, sacramentum confirmationis paruulis suis mox post baptismum conferunt, per simplices sacerdotes, contra ecclesiae determinationem in fermento conficiunt, quam in missa uino non commiscunt, sacramentis nostris nullam reuerentiam faciunt, purgatorium negant, & quod spiritus sanctus a patre & non a filio procedat, & quod sancti non uadunt ad paradysum usque ad diem iudicij.

Guilhermus.

Guilhermus in urbe Antuerpiae in hypocrisis & simulatione diutius conuersatus. Praebendae beneficium sub praetextu paupertatis dimisit, & tamen luxuriae totus erat deditus. Dicebat



bat autem, sicut rubiginem igne, sic
omne peccatum paupertate consumi,
& ante dei oculos annullari, meliorem
esse publicam meretricem pauperem,
quam sit aliquis castus perfectissime
continens, dum tamen aliquid in sui
retineat subsidium.

Nepos.

NEpos episcopus in partibus Aegypti, Iudaico intellectu de futuris promissionibus sentiebat, easque corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in delictis corporalibus in hac terra sanctos regnatos cum Christo. Euseb. lib. 7. cap. 22.

Seueriani.

Seueriani uinum non bibunt. Vetus testamentum & resurrectionem non suscipiunt, & omnem coitum spurcum putabant Aug. lib. de haeresibus.

Finis.

SENTENTIAE PATRUM DE OFFICIO
uerorum rectorum ecclesiarum
dei CXIII.

*Fructuosi episcopi, qualis debeat esse
rector, Caput I.*



it autem rector uir sanctus, discretus, grauis, castus, charus, humilis, mansuetus, & doctus, qui diutinis experimētatus est documentis, omnibus praefatis rebus bene fuerit eruditus. Qui in abstinentia praecellat, in doctrina refulgeat, exquiritas epulas in mensa lautiores consuetudine contemnat, cunctis in commune fratribus ut pater proprius piissimus, quem nec ira subita immoderate deiciat, nec superbia extollat, nec moeror, ac pusillanimitas frangat, nec libido corrumpat. Qui & in patientia discretionem, & cum ira exhibeat

hibeat lenitatem: quicq; sic egentibus atq; pauperibus pareat, ut ministrum se, & non prælaturum tantum Christi uisceribus recognoscat. Cuiusq; tanta debet sermonis & uitæ consonantia esse, ut id quod docet uerbis, confirmet operibus sedulis: & bis acuto præcidens gladio quicquid informat iurgi ipse gerat studio, ut nec sermonem operatio destruat, nec e contrario operationem bonam sermo inconueniens frangat. Sed sint sibi cuncta ita in pace conuenientia, sicuti chordarum concordantia in lyra uel cithara, quæ tunc dulcissimum ex se sonum repercussæ tradunt, cum arifici pulsante manu temperato æquitatis ordine, & non confusa inæqualitatis præcipitatione feriuntur.

Isidori episcopi, qualis debeat esse rector, Cap. II.

Rector interea eligendus est institutione sanctæ uitæ duratus atq; inspectus, patientiæ & humilitatis expertus, qui se imitandum in cunctis operum

operū exemplis exhibebit. Neq; enim aliquid illum imperare cuiquā licebit, quod ipse non fecerit. Singulos autem hortamētis excitabit mutuis, alloquēs cunctos, exhortans uel edificans in eis si quid eorū uitæ pro uniuscuiusq; gradu prodesse perspexerit. Circa omnes quoq; seruans iustitiam, cōtra nullū liuore odij inardescens, omnes ex corde amplectens, nullum conuersum despicies, paratus etiam quorundam infirmitati compatiendi misericordia, Apostolum sequens qui dicit: Facti sumus *1. Tes. 2.* paruuli in medio uestrum, tanquam si nutrix foueat pullos suos.

Basilij episcopi, qualis debeat esse rector, Caput III.

Debet is, qui præest apud deū quidem, sicut minister Christi esse, dispensator mysteriorū dei, timens ne præter uoluntatem dei, uel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur uel dicat aliquid uel imperet, & inueniatur tanquam falsus testis dei, aut sacrilegus: introducens aliquid alienū

p i do



à doctrina domini, uel certe subrelinquens & præteriens aliquid eorū quæ deo placita sunt. Ad fratres autē esse debet tanq̃ si nutrix foueat paruulos suos, paratus secundū uoluntatē dei, & secundum quod unicuiq̃ expedit cōmunicare cum eis non solū euangeliū dei, sed etiam animā suam, memor præcepti domini ac dei nostri dicentis: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos. Maiorem hac charitatē nemo habet, q̃ ut ponat quis animam suam pro amicis suis.

IOAN. 15.

Gregorij Papæ ex regula pasto. cap. 12. qualis debeat esse rector, Cap. IIII.

Tantum debet actionem subditorum actio transcendere rectoris, quantum distare solet à grege uita pastoris. Oportet namq̃, ut metire se sollicite studeat quanta tenendę rectitudinis necessitudine constringitur, sub cuius estimatione populus grex uocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in uerbo, singulis cōpassio

ne

ne proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentiū uicia per zelum iustitię erectus, internorum curā in exteriorū occupatione nō minuens, exteriorum prouidentiam in interiorū sollicitudine nō relinquens. Sed hæc quæ breuiter enumerando perstrinximus, paulo latius replicādo differamus. Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc inmunditia polluat, qui hoc suscepit officij, ut in alienis quoq̃ cordibus pollutio nis maculas tergat: quia necesse est ut esse munda studeat manus, quę diluere sordes curat: ne tactu quęq̃ deterius inquinat, si sordida insequens lutum tenet. Hinc namq̃ per Prophetā dicitur: Mūdmini qui fertis uasa dñi. Domini etem uasa ferūt qui proximorū animas ad interna sacraria pducēdas in suę cōuersationis fide suscipiūt. Apud semet ipsos ergo quātū debeāt mūdare cōspiciāt, q̃ ad eternitatis templū uasa uiuentia in sinu proprię sponsonis portant.

Esa. 52

p 2

Sit

Sit rector actione præcipuus, ut uita
 uia subditis uiuendo denuntiet, & grex
 qui pastoris uocem moresq̄ sequitur,
 per exempla melius, q̄ per uerba gra
 diatur. Qui em̄ loci sui necessitate exi
 gitur summa dicere, hac eadem necessi
 tate cōpellitur summa monstrare. Illa
 namq̄ uox libentius auditorū cor pe
 netrat, q̄ dicentis uita cōmendat: quia
 quod loquendo imperat, ostendendo
 adiuuat ut fiat. Sit rector discretus in
 silentio, utilis in uerbo, ne aut tacenda
 proferat, aut proferenda reticescat. Nā
 sicut incauta locutio in errorem pertra
 hit, ita indiscretum silentiū hos, qui eru
 diri poterant, in errore derelinquit. Sa
 pe namq̄ rectores improvidi humanā
 amittere gratiā formidātes loqui libere
 recta ptimescūt, & iuxta ueritatis uocē
 nequaq̄ iā gregis custodię pastorū stu
 dio, sed mercenariorū uice deseruiunt,
 quia ueniēte lupo fugiūt, dū se sub silen
 tio abscondunt. Hinc namque eos per
 Prophetam dominus increpat dicens:

Esa. 56. Canes muti, non ualentes latrare.

Sit

Sit rector singulis cōpassione pro
 ximus, præ cunctis contemplatione
 suspensus, ut & per pietatis uiscera in
 se infirmitatem ceterorum transferat:
 & per speculationis altitudinē, semet
 ipsum quoque inuisibilia appetendo
 transcendat, ne aut alta petens proxi
 morum infirma despiciat, aut infirmi
 tatibus proximorum congruens ap
 petere alta derelinquat. Sit rector be
 ne agētibus per humilitatem socius,
 contra delinquētium uitia per zelum
 iusticię erectus, ut & de bonis in nul
 lo se præferat, & cum prauorum culpa
 exigit, potestatem protinus sui priora
 tus agnoscat, quatenus & honore sup
 presso æqualem se subditis bene uiuē
 tibus deputet, & erga peruersos iura
 rectitudinis non exercere formidet.
 Sed hanc discretionem plenius agno
 scimus, si pastoris primi exempla cer
 namus. Petrus namq̄ autore deo san
 ctę ecclesię principatum tenens, à be
 ne agente Cornelio, & sese ei humili
 ter prosternente immoderatus uene
 rari re

Act. 41



rari recusauit, sc̄p̄ illi similem recog-
nouit dicens: Surge, ne feceris, & ego
ipse homo sum, sicut & tu. Sed cum
Ananiz & Saphiræ culpas repperit,
mox quanta potentia super ceteros
excreuisset ostendit. Verbo namque
eorum uitam pertulit, quam spiritu
perscrutanteprehendit: & summū
se intra ecclesiam contra peccata reco-
luit, q̄d honore sibi uehemēter impen-
so coram bene agentibus fratribus nō
agnouit. Illic cōmunionē equalitatis
meruit sanctitas actionis, hic zelus ul-
tionis aperuit ius potestatis. Paulus
bene agentibus fratribus prelatū se esse
nesciebat, cum diceret: Non quia do-
minamur fidei uestre, sed adiutores
sumus gaudij uestri. Atq; illico adiu-
xit: Fide enim statis: ac si id quod pro-
tulerat apperiret dicens, ideo non do-
minamur fidei uestre, quia fide statis,
æquales enim uobis sumus, in quo
uos stare cognoscimus. Quasi prelatū
se fratribus esse nesciebat cū diceret:
Facti sumus paruuli in medio uestro.
Et rursum. Nos autem seruos uestros

1. Thes. 2

per Christum. Sed eum culpam quæ
corrigi debuisset inuenit, illico magi-
strum se esse recoluit, dicēs: Quid uul-
tis in uirga ueniā ad uos? Sit rector
internorum curam in exteriorum oc-
cupatione non minuens, & exteriorū
prouidentiam internorum sollicitudi-
ne non relinquēs, ne aut exterioribus
deditus ab intimis corruat, aut solis in-
terioribus occupatus, quæ foris de-
bet, proximis non impēdat. Inter quæ
necesse est ut rector sollerter inuigi-
let, ne hunc cupido placendi homini-
bus pulset, ne cum studiose interiora
penetrat, cum prouide exteriora sub-
ministrat, se magis à subditis diligi, q̄
ueritatem quærat: ne cum bonis acti-
bus sultus à mundo uideatur alienus,
hūc auctori reddat extraneum amor su-
us. Hostis namq; redemptoris est, qui
per recta opera quæ facit eius uice ab
ecclesia amari cōcupiscit, q̄a adulteri-
ne cogitationis reus est, si placere pu-
eris p̄ose oculis appetit, per quē spon-
sus dona transmittit. Sciendū quoq;
p 4 quod

1. Cor. 4



quod non oporteat, ut rectores boni placere hominibus appetāt, sed ut sua rēstitutionis dulcedine proximos in affectum ueritatis trahant: non ut se amari desiderent, sed ut lectione sua quasi quandā uiam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris introducant. Difficile quippe est ut quālibet recta denuntians prædicator, qui non diligitur, libēter audiāt. Debet ergo qui præest studere se diligi, quatenus possit audiri, & tamen amorem suum pro semetipso non querere, ne inueniatur ei cui seruire per officiū cernitur occulta cogitationis tyrannide resultare: quod bene Paulus insinuat, cum sui nobis studij occulta manifestat dicens: Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Placet ergo Paulus, & non placet, quia in eo quo placere appetit, non se, sed per se hominibus placere ueritatem querit.

Isidori

Isidori episcopi in lib. officiorum, qualis debeat esse rector, Cap. V.

Qui enim in erudiendis atq; instruis ad uirtutem populis præerit, necesse est, ut in omnibus sanctus sit & in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus. Primitus quippe rector semetipsum corrigere debet: qui alios ad bene uiuendum admonere studet, ita ut in omnibus semetipsum formam uiuendi præbeat, cunctosq; ad bonum opus & doctrina & opere prouocet. Cui etiam & sciētia scripturarum necessaria est, quia si rectoris tantum sancta sit uita, sibi soli potest prodesse, porro si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest cæteros quosque instruere & docere suos, & aduersarios repercute, qui nisi refutati fuerint atq; cōuicti facile possunt simpliciū corda peruertere. Huius autē sermo debet esse purus, simplex, & apertus: plenus grauitatis & honestatis, plenus suauitatis

p 5 &



334 SENTEN. PATRVM

& gratiæ tractās de mysterio legis & doctrina fidei, de uirtute continentia, & unūquemq; per diuersa admonens, & exhortatione iuxta professiones morū qualitatumq; uidelicet ut p̄noscat quid, cui, quādo opus, uel quomodo proferat. Cui præ ceteris speciale officium est scripturas legere, percurrere canones, & exempla sanctorū imitari. Vigilijs, ieiunijs, orationibus incubere. Cū fratribus habere pacē, nec quēquam ex mēbris suis discerpere, nullū damnare nisi cōprobatum, nullū ex cōmunicare nisi discussum: Quicq; ita humilitate pariter & autoritate præ ceteris esse debet, ut nec per nimiam humilitatē suā subditorū uitia conualescere faciat, nec immoderatā autoritatē seueritatis potestate exerceat, sed tāto cautius erga cōmissos agat, quāto durius à Christo iudicari formidat. Tenebit quoq; illā superuenientē donis omnibus charitatem, sine qua omnis uirtus nihil est. Custos enim sanctitatis est charitas, locus autem huius custodis

DE OF. REC. ECCL. 135

dis humilitas. Habebit etiā inter hæc omnia & castitatis eminentiam, ita ut mens Christo dedita ab omni inquinamento carnis sit munda & libera.

Inter hæc oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gere, esurientes pascere, uestire nudos, suscipere peregrinos, captiuos redimere, uiduas ac pupillos tueri, peruisilem in cunctis exhibere curam, prouidentia distributione discreta, in quo & iam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate & charitate suscipiat. In negotijs autem secularibus dirimēdis oportet eum causam merito discernere, non gratia. Neque enim sic rector debet suscipere potentem, ut contristet contra iustitiam pauperem, neque pro paupere auferre iustitiam à potente. Non defendat improbum, ne sancta indigno commendanda arbitretur: neque arguet & impugnet cuius crimen non reprehendit. Erit quoq; illi (etiā iuxta Apostolū) mānuerudo, patiētia, sobrietas, moderatio

moderatio, abſtinentia ſiue pudicitia, ut non ſolum ab opere immūdo ſe abſtineat, ſed etiam ſub oculi, & uerbi, & cogitationis errore, ita ut nullum uitium in ſe regnare permittat, impetrare apud deum ueniam pro ſubditorum facinoribus ualeat. Quia qui iſta ſecta uerit, & dei miniſter utilis erit, & perfectum magiſterium conſummabit.

Beati Benedicth abbatis, qualis eſſe debeat rector, Cap. VI.

Nihil extra præceptum domini (quod abſit) præſumat rector docere, aut conſtituere uel iubere, ſed iuſſio eius uel doctrina fermentum diuinæ iuſtitix in diſcipulorum mentibus conſpergatur, memor ſemper rector, qui ad doctrinæ ſuæ uel diſcipulorum obedientix, utrarumq; rerum in tremendo iudicio dei facienda erit diſcuſſio, ſciatq; culpæ paſtoris incumbere quicquid in ouibus paterfamilias utilitatis minus potuerit inuenire, tantū iterū erit liber, ut ſi inquieto uel inobediēti gregi paſtoris fuerit omnis

nis diligentia attributa, & morbidis earum acibus uniuerſa fuerit cura exhibita: paſtor eorum in iudicio domini abſolutus dicat cum propheta domino: Iuſtitiam tuam non abſcondi, *Psal. 118* in corde meo ueritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Ipsi autem cōtemnentes ſpreuerunt me. Et tunc demum in obedientibus curæ ſuæ ouibus poena ſit, præualens eis ipſa mors. Ergo cū aliquis ſuſcipit nomen paſtoris duplici debet doctrina ſuis præeſſe diſcipulis, id eſt, omnia bona & ſancta factis amplius quàm uerbis oſtendat, ut & capacibus diſciplinis mandatum domini uerbis proponat, duris corde uero & ſimplicioribus factis ſuis diuina præcepta demonſtret. Omnia uero q̄ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſiſ factis indicet non agenda ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur, ne quando illi dicat dominus peccanti: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu uero odiſti diſciplinam *Psal. 49* &



239 SENTEN. PATRVM

& proiecisti sermones meos post te
Et qui in fratris tui oculo festucā uide
bas, in tuo trabē non uidisti, semperq̄
cogitet quale onus suscipit, q̄ redditu
rus est rationē uillicationis sue. Sciat
quē sibi oportere prodesse magis, quā
præesse. Oportet ergo eum esse do
ctum lege diuina ut sciat unde profe
rat noua & uetera: castum, sobriū, mi
sericordem, et semper superexaltet mi
sericordiā iudicij: & ut idem ipse con
sequat̄, oderit uitia, diligat fratres. In
ipsa aut̄ correptione prudēter agat, &
ne qd̄ nimis nedū nimis cupit eradere
eruginē, frāgat̄ uas. Suaq̄ fragilitate
semper suspectus sit, memineritq̄ cala
mū quassatū nō cōterendū. In quibus
non dicimus, ut permittat nutriri ui
tia, sed prudēter & cū charitate ea am
putet prout uiderit cuiq̄ expedire. Stu
deat plus amari quā timeri, non sit
turbulentus & anxius, non sit nimis
& obstinatus, non sit zelotypus & ni
mis suspiciosus. Quia nunquam re
quiescat in ipsis imperijs suis prouidus

DE OP. REC. ECCL. 239

us & consideratus. Siue secundum
deum est, siue secundum seculum sit,
opera quæ iniungit discernat & tem
peret, cogitans discretionem sancti la
cob dicentis: Si greges meos plus in
ambulando fecero laborare, mori
entur cuncti una die. Hæc ergo aliaq̄
testimonia discretionis matris uirtutū
sumens sic omnia temperet, & ut for
te sit quod cupiant & infirmi non re
fugiant, & præcipue ut presentē regu
lam in omnibus conseruet, & dum be
ne ministrauerit, audiat à domino qd̄
seruus bonus qui erogauit triticū con
seruis suis in tempore suo: Amen di
co uobis (ait) super omnia bona sua
constituet eum.

*Qualis debeat esse rector, diuersa super hoc tes
timonia ex epistolis beati Pauli apostoli ad Thi
motheum & Titum, ab beato Ambrosio
episcopo exposita,
Cap. VII.*

Oportet enim rectorē talē esse,
qualem Paulus ad Titum de
scribit



scribit episcopum, id est, sine crimine sicut dei dispensatorem, non proteruum, non iracundum, non uino deditum, non percussorem, non turpia lucra appetentem, sed hospitalem, benignum, prudentem, iustum, sanctum, continentem, tenacem eius sermonis qui secundum doctrinam fidelis est, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicente se uincere. Rector enim sanctum in operibus, & uerbis prudentem ordinari uult, ut & fratres exhortari possit & contradicentes conuincere. Et post pauca in eadem **Tit. 2.** epistola Paulus scribit ad Titum. Per omnia temetipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum & irreprehensibile habens, ut is qui ex aduerso est, reuereatur, nihil habes dicere de nobis dignum reprehensione. Magistri formam talem esse præcipit, ut ea quæ docet, quomodo fiant, ostendat, ut hij qui prophani sunt & inimici fidei, erubescant, uidentes, quia

quæ uerbis docet, uera esse probat factis. Inter cetera ad Timotheum ait **1. Tim. 4.** beatus Apostolus Paulus: Præcipe hæc & doce. Nemo iuuentutem tuam contemnat, sed forma esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & in castitate. Timotheus quantum ad gratiam pertinet iuuenis erat, mores & conuersationem, senior & grauis, quem ideo sic monet, ut profecit ipse per omnia, exemplum esset bonorum operum, & in adolescente mirabilis uideret & grauis disciplina, ut actus eius excusarent ætatem, & non quasi iuuenis, sed quasi senior haberetur, & erubescerent maiores natu, nisi se exhibissent iuxta formam huius conuersationis moribus graues. Iuuenes autem conueniunt suum habent magistrum, mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus, cuius exemplo indisciplinata conuersa iuuentus est, & seniorum irreuerentia punienda. Dum uenio attende lectioni, exhortationi, ac doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est,



quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Intentum hunc uult esse, & deditum exercitio lectionis, ut omni cura diligentiaque ad hoc enitatur ut exhortetur & doceat. Exhortatio est, cum miti uerbo alios quos prouocamus ad bonum opus, docere uero, quando ea quæ latent intimamur mentibus audientium. Si enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam datam sibi. Ad hoc enim creatur dux populo, ut huius salutis sollicitudinem gerat, admonendo, docendo, ut fructum habeat ordinatio. Quem ad hoc utique deus constituit ut proficiat saluti plebi sue. Qui ergo in hac autoritate positus indiligens fuerit, dei contemptor habebitur, & minimus in regno dei uocatur. Neque enim poterit facere qui nec docere dignatur: gratiam tamen dari ordinatoris significat per prophetiam & manuum impositionem. Prophetia que legitur est quasi doctor futurus & idoneus. Manus uero impositionis, uerba sunt mystica quibus confirmatur

firmatur ad hoc opus electus: accipit autoritatem, ut teste conscientia sua audeat uice domini sacrificium deo offerre.

Hec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinæ, insta illis. Hoc enim faciendo teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt, ut forma sis omnibus, non solum bonis operibus, uerumetiam in doctrinæ exercitio. Admonet apparere debere exercitij profectum in doctrina duntaxat & gestis. Bona enim arbor bonos facit fructus, similiter & bona doctrina mala opera habere non potest, ut cum uisa fuerint bona opera diuini magisterij fructus esse intelligatur, & auditores possint proficere. Tum uera esse, & metuenda intelligunt que dicuntur, quando ab eo ipso qui docet magna ueneratione obseruari uidentur, quod rectori plebis duobus proficit modis, & suorum bonorum operum & audientium mercedem accipiet, quomodo si negligens fuerit tam pro se quam pro eis redditurus est rationem.



*Hieronymi presbyteri, qualis debeat
esse rector, Caput VIII.*

Qui pastor est, scientia esse debet
magister, nec in ecclesijs quāuis
sanctus sit pastoris sibi nomen adsume
re audeat nisi possit docere quos pas
cit. Illi aliorum debent esse doctores,
qui speciem conuersationis suæ multo
tempore didicerunt. Quando rector
peccantes increpat subditos, si illum
audire contemnunt insuper & contra
eum fauunt, ille nihilominus incre
pet fauientes, nec timore superetur,
quo minus arguat peccatores. Recto
ris officium est uel lapsis manum por
rigere, uel errantibus iter salutis o
stendere.

*Gregorij papæ, quod magis in rectore senes
tus mentis quam corporis eli
genda iubetur, Caput IX.*

Senes uero non eos scriptura sacra
uocare consuevit, qui sola quanti
tate temporum, sed grandæuitate matu
ri sunt. Vnde per quendam sapientem
dicitur: Senectus uenerabilis est non
diutur

diuturna neque numero annorū com
putata: canis autem sint sensus homi
nis, & atas senectutis uita immacula
ta. Vnde recte quoque ad Mosen do
minus dicit: Congrega mihi septua
ginta uiros de senioribus Israhel, quos
tu nosti qd senes populi sunt. In qui
bus quid aliud quam senectus cordis
requirit, cum tales iubentur eligi q se
nes sciuntur? Si enim senectus in eis
corporis quereretur à tantis sciri pote
rat à quantis uideri. Dum uero dicit:
quos tu nosti quod senes populi sunt,
profecto liquet, quia senectus mentis
non corporis eligenda nuntiatur.

NUM. XI.

**D E S E R M O N E E T
prædicatione rectoris.**

*Gregorij Papæ in exposit. Ezechielis, omelia XI.
Part. I. quāntus debeat esse ordo & considera
tio locutionis in ore rectoris,
Caput X.*

Pensare etenim doctor debet quid
loquatur, cui loquatur, quando
loquatur, qualiter loquatur, & quan
tum

q 3 tum



tum loquatur. Si enim unum horum defuerit, locutio apta non erit. Scriptū quippe est: Si recte offeras, recte autē non diuidas, peccasti. Recte autem offerimus, cum bono studio bonū opus agimus. Sed recte non diuidimus, si habere discretionem in bono opere proponamus. Considerare etenim debemus, quid loquamur, ut iuxta Paulum **Col. 4.** la uocem, sermo noster, semper in gratia sit sale conditus. Pensandum nobis est cui loquamur, quia saepe increpationis uerbum, quod hęc admittit persona, altera non admittit, & saepe ipsa eadem persona secundū factum fit altera. Vnde Nathan, prophetā, Dauid post adulterium forti increpationis, sententia percussit, qui cum de raptore ouis diceret: filius mortis est uir qui fecit hoc. Et protinus respondit dicens: Tu es ille uir: Cui tamen cū de Salomnois regno, quia culpa defuit ei, se humiliter oratione prostrauit. In una ergo eademque persona, quia causa dispar extitit, etiam sermo propheticus

pheticus dissimilis fuit. Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia saepe & si differtur increpatio, postmodum benigne recipitur, & non nunquam languescit, si hoc quod proficere debuit, tempus amiserit. Nam & sapiens mulier, Nabal ebrium uidentis increpare de culpa tenatā noluit, quem digesto uino increpationis suæ uerbo utiliter percussit. Et propheta adulantium linguas non esse in subsequenti tempore differendas annuntiat, qui ait: Confundantur statim erubescences, qui dicunt mihi euge **psal. 36.** euge. Adulatio etenim si uel ad tempus patienter suscipiatur, augeatur, & paulisper demulcet animam, ut ad rigorem suæ rectitudinis mollescat in delectationem sermonis, sed ne crescere debeat, statim est & si ne mora ferienda. Pensandum quoque nobis est, qualiter loquamur. Nam saepe uerba, quæ hunc ad salutem reuocant, aliū uulnerāt. Vnde apostolus quoque Paulus Titū admonet dicens:



Argue, obsecra, increpa, cum omni imperio. Et ad Timotheum uero ait: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quid est quod uni imperium & alij patientiam præcepit, nisi quod unum lenioris, alterum uero feruentioris spiritus esse conspexit. Vni per autoritatē imperij iungenda erat seueritas uerbi, is autem qui per spiritu feruebat, per patientiam temperandus fuerat, ne si plus iusto inferuesceret, non ad salutem uulnerata reduceret, sed sana uulneraret. Curandum quoque quantum loquamur: Necessè est enim eum, qui multa ferre nō ualet, cū per uerbū uel exhortationis uel increpationis lōgius trahimus auditorem nostrū, ad fastidiū perducamus. Vnde idē prædicator egregius Hebrais loquitur dicens: Obsecro uos fratres ut sufferatis uerbū solatiij, etenim per paucis scripsi uobis. Hoc tamen infirmis præcipue congruit, ut pauca quidem & quæ capere præualent, audiant, & quæ eorum mentem impænitentia

Heb. 13.

tentia dolore conpungant. Nam si eis uno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus, quia multa retinere non ualent, simul amittunt omnia. Vnde & medici corporū pannos, quos infirmantibus stomachis ponunt, apto quidem medicamine sed subtiliter, ne si impleti multo medicamine fuerint, infirmitatem stomachi non roborantes adiuuent, sed opprimentes grauent. Sciendum tamen quia & si quando modum suum sermo proluxior trāseat, periculosum hoc auditoribus non est: si autem qualiter quid dicatur, & quibus dicatur non uigilanter aspicitur, ualde periculosum est. Verecundæ etenim mētes, si quas forte culpas admiserint, leniter arguendæ sunt. Quia si asperius increpantur, franguntur potius, quam erudiantur. At contra, mentes asperæ atque impudentes, si increpatæ leniter fuerint ad maiores culpas ipsa lenitate prouocantur. Quod bene in eodem egregio prædicatore discimus, q
q s cum



cum Corinthios cognosceret pro amore personarum in scismate diuisos, eorum uerecundie consulens, locutionem suam eis cum gratiarum actione, & laudibus coepit, dicens: Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei, que data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia, sicut testimoniū Christi confirmatum est in uobis. Qui adhuc adiungit & dicit: Ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationem Iesu Christi domini nostri.

1. Cor. 1.

Quaeso te Paule, si iam nihil deest cur fatigaris scribēdo: Cur in longinquo positus loqueris? Pensemus ergo fratres charissimi quantum laudat. Ecce eis gratiam dei datam asserit, factus in omnibus diuites, in omni uerbo & in omni iustitia dicit Christi testimoniū, id est, quod de semetipso moriendo & resurgendo testatus est, in eorū uita confirmatum esse perhibet, & nihil eis deesse in nulla gratia testatur.

Quis

Quis rogo credat, quia paulo post eos corripit quos ita laudat? Nam post cetera subiūgit: Obsecro autem *ibidem* uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis scismata. Quid enim potuit tam perfectis tamque laudabilibus scisma surripere? Significatū est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Cloēs, quia contentiones sint inter uos. Hoc autem dico quod unusquisque uestrū dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephe, ego autem Christi: Ecce quos in omni uerbo & in omni scientia laudauerat, quibus nihil deesse in ulla gratia dixerat, paulisper loquens, ad increpandum leniter ueniēs, diuisos erga seipsos reprehendit, & quorum salutem prius narrauerat postmodum uulnera patefecit. Peritus enim medicus uulnus secandū uidens, sed egrū timidū esse cōspiciens, diu palpauit, & subito percussit, Prius blandam manum laudis posuit, & postmodum ferrum



ferrum increpationis. Nisi enim uere
cundę mentes fuerint palpando repre
hensa, ita ut ex alijs rebus audiant qđ
ad consolationem sumant per incre
pationē, protinus ad desperationem
cadunt. Sed nūquid mentitus est Pau
lus, ut prius eis nihil deesse in omni
gratia diceret, quibus postmodum
dicturus erat unitatem deesse? Absit
hoc. Quis de illo talia uel inspiciens
credat? Sed quia erant inter Corinthi
os quidam in omni gratia repleti, &
erant quidam in personarum favori
bus excisi, cœpit à laudibus perfectio
rum, ut modesta inuectione ad repre
hensionem pertingeret infirmorum,
& in hoc quoque ad medicinam cor
dis à medicina corporis usum tra
hēs. Nam cum feriēdum uulnus me
dicus aspicit, prius ea membra quę
circa uulnus sana sunt palpat, ut post
ad ea quę uulnerata sunt leniter pal
pando perueniat. Cum ergo Paulus
perfectos in Corinthijs laudauit, sana
membra iuxta uulnus tetigit, cum ue
ro infir

ro infirmos de diuisione reprehendit
uulnus in corpore percussit. Videamus
tantū hunc ipsum qui tanta modestia
atq; māsuitudine ad corripiēdos Co
rinthios ducitur, qualiter contra Ga
latas, qui à fide discesserāt exercetur.
Nulla enim modestię patientia prę
termissa, nulla locutionis dulcedine
prorogata, eos quos à fide discessisse
cognouit ab ipso epistole suę exordio
inuehendo redarguit. Nam premissa
salutatione sic cœpit: Miror quod sic Galat. 1.
tam cito transferamini ab eo, qui uos
uocauit in gratia Christi. Quibus eti
am aperta increpatione post cætera Galat. 3.
subiungit: O insensati Galatę, quis
uos fascinauit? Mentis enim durę nisi
aperta essent increpatione percussę,
nullo modo malū cognoscerent qđ
egissent. Nam sæpe hi qui impuden
tes sunt, tantum se peccasse sentiunt,
quantum de peccatis quę fecerint in
crepantur, ut minores culpas suas exi
stiment quas minor inuectio castigat,
& quas uehementer obiurgari uide
runt.



rint, maiores esse deprehendant. Vnde de necesse est, ut sermo prædicantis semper cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut uerecūdis aspera, aut impudentibus lenia loquat̃. Quid autem mirum si hoc uerbi dei erogator faciat, cum & agricola qui semen in terrā mittit, prius terræ qualitatem præuidet quibus seminibus apta uideatur: & postquam qualitatem præuiderit tunc semina aspergit.

Prosperi, quod nihil profuit sacerdoti, etiamsi bene uiuat, si male uiuentibus tacendo non contradicat, Cap. XI.

Quod uero dicit Apostolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid ualebit si is, cui uel exhortandi uel castigandi malos cura commissa est, bene uiuendo se imitandum bonis exhibeat & malos tacendo non corrigat? At enim (nisi me fallat opinio) sancte uiuendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnans factis euacuet, si quod prædicat

dicat fieri debere, non faciat, aut si quod facit prædicare præsumpserit, nihil apud eos qui eius uitam nouere proficiat. Qui est ad hoc ecclesie dei præpositus ut non solum bene uiuendo alios exemplo suæ conuersationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando singulis ante oculos peccata sua constituat: quæ poena maneat duris quæ gloria obedientes, ostendat. Nullus salutem desperando contemnat, animas emendari nolentium plāgat, imitatus Apostolum, qui ait: *Ut lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam. Et iterum: Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non uror? Quapropter sciens, quod si quibuslibet diuitibus ac potentibus male uiuentibus parcat ac foueat, eos perdat & perimat, & sancte debet uiuere propter exemplum, et docere propter suæ administrationis officium, certus quod ei nihil sua iustitia suffragetur:* de

2. Cor. 12



de cuius manu anima pereūtis exigit, quādo, quicumq; ille fuerit, quē nulla docendi necessitas manet, solus penas sui sceleris dabit, ille autem cui dispensatio uerbi commissa est, etiam si sanctæ uiuat, & tamen perditę uiuentes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo tacente pereūt, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato. Mentior nisi dominus per Ezechielē prophetam sub cuiusdam terroris denuntiatione loquitur, dicens ad eum: **Ezech. 33** Etti fili hominis speculatorem dedite domui Israhel. Nec hec transeunter debemus audire quod sacerdotem speculatorem appellat, quod sicut speculatoris est de loco editiori prospicere, & plus omnibus contemplari, Ita sacerdos debet esse propositi sublimitate celsior cunctis, ac maioris scientię habere gratiam, qua possit sub se uiuentes instruere. Videamus iam quod diuinus sermo cōtinuet: Audiens (inquit) ex ore meo sermonem, annuntia-

abis

abis ex me: ut dicat sacerdos quod ex diuina lectione didicerit, quod illi deus inspirauerit, non quod presumptione humani sensus inuenerit. Annuntia bis eis, inquit, ex me, nō ex te, mea uerba loqueris, non est quod de eis tanq; de tuis insleris, ex me inquit eis annuntia. Sed etiā quid annuntiet audiamus. Si me dicente ad impium, impie morte morieris, non fueris locutus ut se custodiat impius a uia sua. Ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem uero eius de manu tua requiram. Quid potuit expressius, quid apertius dici? Si impio, inquit, locutus fueris, ut se ab impietate custodiat, & ille perierit, sanguinem eius de manu tua requirā. Hoc est dicere. Si ei peccata sua nō annuntiaueris, si eum nō argueris, ut ab impietate sua cōuertatur & uiuat, & te qui nō increpasti & ipsum qui te tacente peccauit flammis perennibus perdā. Quis rogo tam faxei pectoris, quis tā ferreus erit, quē sentētia ista nō terreat? Quis tā alienus a fide q̄ sentētię istī nō credat?

r

Gre



Gregorij Papæ in explic. Ezech. Omel. 2. part. 1.
qua autoritate is qui præest officiū præ-
dicationis inferre debeat, Cap. XII.

Ezech. 33.

Fili hominis speculatorem dedi te
domui Israël. Notandū quod eū
quem dominus ad prædicandum mit-
tit speculatorem esse denuntiat. Cui
enim cura aliena committitur, specula-
tor uocatur, ut mentis altitudine sede-
at, atq; uocabulum nominis ex uirtute
actionis trahat, nō enim est speculator
qui in imo est. Speculator quippe sem-
per in altitudine stat, ut quicquid uen-
turum est lōge prospiciat. Et quisquis
populi speculator ponit in alto, debet
stare per uitam, ut possit prodesse per
prouidentia. Hinc Propheta alius spe-
culatorē admonet dicens: Super mon-
tem excelsum ascende tu qui euangeli-
zas Sion: ut uidelicet qui prædicationis
locum suscipit ad altitudinem bonæ a-
scendat actionis, ad excelsa transeat,
& eorum qui sibi commissi sunt opera
transcendat, quatinus subiectorum ui-
tam tanto subtilius uideat, quanto &
terrenis

Esa. 40.

terrenis rebus, quas despicit, animū nō
supponit. Oq; dura sunt mihi ista quæ
loquor, quia me metipsum loquendo
ferio, cuius neq; lingua ut dignum est
predicationem tenet, neq; in quantum
tenere sufficit uita sequitur linguā, qui
otiosis uerbis sæpe implicor, & ab ex-
hortatione atq; ad edificationem pro-
ximorum torpens & negligens cesso.
Qui in cōspectu dei factus sum mutus
& uerbosus, mutus in necessarijs, uer-
bosus in otiosis. Sed ecce sermo dei de
speculatoris uita compellit ut loquar,
tacere non possum, & tamen loquen-
do me ferire pertimesco, dicam dicam,
ut uerbi dei gladius etiā per meipsum
ad frigidum cor proximi transeat. Di-
cam dicam, ut etiam contra me sermo
dei sonet me. Ego me reum esse nō ab-
nego, torporem meū atq; negligentia
uideo. Erit fortasse apud pium iudicem
impetratio uenig, ipsa cognitio culpæ.
Et quidē in monasterio positus uale-
bam, & ab otiosis linguam restringere,
& in intentione orationis pœna conti-



nuo mentem tenere, at postquã humerum sarcinę pastoralis supposui, colligere se ad semetipsum assidue non potest animus, quia multa patit. Cogor namque modo ecclesiarum modo monasteriorum causas discutere, sepe singulorum uitas actusq; pensare modo quorundam ciuũ negotia sustinere, modo de irruentibus barbarorum gladijs gemere, & commisso gregi insidiãtes lupos timere, modo rerum curam sumere, ne desint subsidia eis ipsis, quibus disciplina regule tenet, modo raptos quosdam equanimiter ppeti, modo eis sub studio seruate charitatis obuiare. Cum itaq; ad tot & tãta cogitãda scissa ac dilaniata mens ducit, quãdo ad semetipsum redeat, ut totã se in p̄dicatiõẽ colligat, & à proferẽdi uerbi ministerio nõ recedat. Qui aut̄ necessitate loci sepe uiris secularibus iungor, nonnunq; mihi lingue disciplinã relaxo. Nam si in alio duo censurę meę uigore me teneo, scio quod ab infirmioribus fugior, eosq; ad hoc quod appeto nunquam traho.

Vnde

Vnde fit ut eorum sape & otiosa patienter audiã. Sed quia ipse quoq; infirmus sum, & in otiosis sermonibus paulisper tractus libenter iam ea loqui incipio, quę audire cœperam inuitus, & ubi tedeat cadere, libet iacere. Quis ergo ego? uel qualis speculator ego sum, qui non in monte operis sto sed adhuc in ualle infirmitatis iaceo? Potens est uero humani generis creator & redemptor indigno mihi, & uite altitudinem & lingue efficaciam donare, pro cuius amore in eius eloquio nec mihi parco. Esse ergo speculatoris uita & alta debet semper & circumspecta. Neq; hoc speculatori sufficit ut altum uiuat, nisi & ut loquendo assidue ad alta auditores p̄trahat eorumque mentes ad amorem cœlestis patrię loquendo succedat. Sed tunc hec recte agit cum lingua eius ex uita arserit. Nã lucerna que in semetipsam nõ ardet, eam rem cui supponitur non accendit. Hinc enim de Ioanne ueritas dicit: *Ioan. 5.* Ille erat lucerna ardens & lucens.

r 3 Ardens



Ardens uidelicet per coeleste desiderium, lucens per uerbum. Vt ergo seruetur ueritas predicandi, teneatur necesse est altitudo uiuendi. Vnde recte quoque sanctę ecclesię sponsi uoce in cantico canticorum dicitur: Nasus tuus sicut turris libani. Quę rogo laus est fratres mei ut sponsę nasus turri cõparetur. Sed quia per nasum semper odores foetoresq; discernimus, quid per nasum nisi speculatorum discretio designatur. Qui nimirum nasus & sicut turris esse, & libani dicitur. Quia uidelicet prapositionum discretio & munita semper debet esse ex circumspetione, & in altitudine uite cõsistere, id est, in ualle infirmi operis nõ facere. Sicut enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur, ut hostes qui ueniunt longius uideantur, sic predicatoris uita semper in alto debet fixa permanere, ut more nariũ discernat foetorem uitiorum, odoresq; uirtutum, incurtus malignorum spirituum longe prospiciat, & cõmissas sibi animas

Cant. 7.

mas per suam prouidentia cautas reddat. Sequitur: Et audies ex ore meo uerbum, & annuntiabis eis ex me. Ecce iterum: moneñ propheta ne presumat loqui, quod non audierit, sed prius aures cordis aperiat uoci creatoris & postmodum os sui corporis aperiat auribus plebis. Vnde alius propheta dicit: Inclinabo ad similitudine aure meã, aperia in psalterio propositione meam. Qui enim recte predicat (prius sicut dictum est) (aurem cordis locutioni intimę inclinat, ut postmodum os corporis in propositione admonitionis aperiat. Sequitur. Si dicente me ad impium morte morieris, & non annuntiaueris neq; locutus fueris, ut auertatur a uia sua impia & uiuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. In quibus uerbis quid nobis notandũ est: qd sollicito cogitandum nisi qd nec subiectus ex culpa prapositioni moritur, nec prapositus sine culpa est, quãdo uerba uite nõ audies ex sua

Ezech. 33

Psal. 48.



culpa mori subiectus. Impio etenim mors debet, sed ei ab speculatore uia uitae annuntianda est, & eius impietas increpanda. Si uero speculator taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur, quia impietas eius meritum fuit ut dignus non esset ad quem speculatoris sermo fieret, sed sanguinem eius dominus de manu speculatoris requirit, quia ipse hunc occidit qui eum tacendo morti prodidit. In quibus utrisque pensandum est, quantum sibi connexa sunt peccata subditorum atque prepositorum. Quia ubi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui praest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres charissimi pensate, quia & quod nos digni pastores non sumus etiam ex uestra culpa est, quibus tales prelati sumus. Et si quando uos ad iniquitatem defluitis etiam ex nostro reatu est, quos obsistentes atque reclamantes in prauis desiderijs non habetis. Vobis ergo & nobis parcitis si a prauo opere cessatis, uobis & nobis parcimus, quando hoc

do hoc quod displicet non tacemus. O quam liber a commissorum sibi sanguine fuerat predicator egregius, qui dicebat: Mundus sum a sanguine omnium, non enim subterfugi quo minus annuntiare omne consilium dei uobis. Si enim non annuntiasset, mundus a sanguine non esset. Sed quibus omne consilium dei annuntiare studuit, ab eorum sanguine mundus fuit. In qua uoce nos conuenimur, non constringimur, nos rei esse ostendimur qui sacerdotes uocamur, qui super ea mala quae propria habemus, alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes uidemus. Cum uero dicitur: Sanguinem autem eius de manu tua requiram: si hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur, ualde nobis de nostro silentio augetur metus. Quia si in subiectis suis is qui prelatus est ad speculandum etiam de morte corporis quandoque morituram grauiter reus tenetur, quo reatu de mor

r s te ani



ter anime subiecti constringitur, qui potuisset semper uiuere si uerba conreptionis audisset. Sed melius possunt sanguinis nomine peccata signari. Vnde quidam cum peccata carnis defleret, dixit: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Sanguis ergo morientis de manu speculatoris requiritur, quia peccatum subditi, culpa prepositi, si tacuerit, reputatur. Est ergo quod faciat, ut etiam moriente subdito se liberum reddat. Surgat, inuigilet, malis actibus contradicat, sicut scriptum est: Discurre festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebre tuæ. Vnde hic quoque additur. Si autem annūtiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua & a uia sua mala, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Tūc ergo subiectus mori si ne te quā in causa mortis contradicere ptulerit te. Nā morti cui non contradicis, adiūgeris. Et notandū q̄ sunt q̄ debeant

psal. 50.

Prover. 6

beāt a speculatore predicari, nimirū si des & operatio. Nam ait. Si aut tu annūtiaueris impio & ille nō fuerit conuersus ab impietate sua, & a uia sua impia. Impietas quippe ad infidelitatē pertinet. Via uero impia ad prauā actionē. Et omnis speculator hoc habere debet studiū, ut prius ad pietatem fidei, postmodū ad uia piā, id est, ad bonā actionē trahat. Sed etsi conuersus iustus a sua iustitia fecerit iniquitatē, pōnā offendiculū coram eo. Ipse morietur quia non annūtiasti ei. In peccato suo morietur, & nō erit in memoriā iustitiæ eius quas fecit. Sanguinē uero eius de manu tua requirā. Quia iusto qui in peccato cadit predicator tacet, eius sanguine reus tenetur. Et qui sollicitus esse non studuit in predicatione: factus est particeps in damnatione. Sed cum dicitur in peccato suo morietur, & non erunt in memoriā iustitiæ eius quas fecit: hoc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, & sine causa ad memoriā bona nostra transacta



transacta reuocamus. Quoniã in per-
petratione malorum nulla debet esse
fidutia bonorum prætorum. Sed
queri potest, utrum iusto postquam ce-
ciderit prædicandum sit: an & prius
quam cadat. Inuigilare prædicator de-
bet ne ad casum ueniat: proculdubio
& priusquam cadat. Nam sequitur: Si
autẽ tu annuntiaueris iusto ut non pec-
cet iustus, & ille non peccauerit: uiuẽs
uiuet, quia annuntiaſti ei, tu autem ani-
mam tuam liberaſti. Si ergo prædica-
tor ideo animam suam liberauit, quia
iusto ne peccaret denuntiauit: cum ius-
tus ad peccatum prædicatore tacente
cecidit, prædicator quia tacuit reus
tenetur. Sed quis nostrũ rogo adhuc
sufficiat ut non solum peccatores stu-
diose corripiat, sed etiam iustis inuigi-
let ne cadant. Nos enim infirmitatis
nostrę conscii, cum iustos uiros con-
spicimus, admonere eos non præsumi-
mus, ut iustitię uiam teneant, quam
quia tenent uidemus, & tamen prædi-
catoris est debitum etiam iustos admo-
nere.

Vnde prædicator egregius dicebat: Sa-
piẽtib; & insipientibus debitor sum. *Rom. 4.*
In his uero omnibus que de iusto ad
iniquitatem conuerso dicta sunt: hoc
laboriosum est ad loquendum. Hoc
uero ualde pertimescendum quod do-
minus dicit: Ponam offendiculum co-
ram eo. Ait enim: Si conuersus iustus
à iustitia sua fecerit iniquitatẽ: Ponam
offendiculum coram eo: Nos enim di-
cimus, quia si iniquitatẽ fecerit offen-
dit: & uerum est omnino quod dici-
mus, cur adhuc ei deus omnipotens
offendiculum ponet, quem iam impie
egisse & cecidisse per iniquitatem q̄
perpetrauerit conspicit. Sed districta
sunt omnipotentis dei iudicia. Et qui
peccatorem diu expectat ut redeat:
non redeunt atque contemnti, po-
nit adhuc ubi grauius impingat. Pec-
catum quippe quod per pœnitentiam
citius non deletur: aut peccatum est,
aut causa peccati, simul & pœna pec-
cati. Omne enim quod prius commit-
titur, peccatum est. Sed si citius pœni-
tendo



tendo non tegitur, iusto iudicio omni-
potens deus obligatam peccatis men-
tem, etiam in culpam alteram permit-
tit cadere. Vt qui flendo & corrigendo
noluit mundare quod fecit, peccatum
incipiat peccato cumulare. Peccatum
ergo quo pœnitentię lamento non
diluitur, peccatum simul est & causa
peccati, quia ex illo orit̃ unde adhuc
peccatoris animus altius obligetur.
Peccatum uero quod ex peccato se-
quitur, peccatum simul est & pœna
peccati, quia ex crescente cœcitate ex
retributione prioris culpæ genera-
tur, ut quasi iam quædam sint in pec-
catore supplicia ipsa incrementa uis-
tiorũ. Fit uero nonnũquam ut unum
idemq; peccatũ & peccatũ sit & pœna
peccati simul & causa peccati. Po-
namus enim ante oculos quempiam
rem proximi cœcupisse, q̃ quia aperte
non ualuit, furto diripuit, sed in furti
accusationem positus, se hanc diripu-
isse iureiurando denegauit. Huic ergo
cœcupiscẽtia peccatũ fuit & causa pec-
cati,

cati, quia per eam puenit ad rapinam.
Ipsum uero furtũ, quo rem cœcupitam
diripuit, & peccatũ ei factũ est, & pœ-
na peccati, q̃a ex retributione iam nõ
repressæ cœcupiscẽtiæ factum est ut
ueniret ad furtum, & culpa cordis ex-
cresceret in opere ex ultione cœcitat̃.
Sed quia furtum periurio tegere cura-
uit, ex peccato rursum peccatum ge-
nuit. Furtum ergo quod ex concupi-
scentia processit, & periurium protu-
lit, peccatum & pœna peccati factum
est culpæ pœcedenti, pœnã & causa pec-
cati culpæ subsequenti, q̃a de illa natũ
hãc genuit. Quod bene Paulus apo-
stolus de quibusdã deũ intelligẽtib̃,
sed nõ honorãtib̃ insinuat dicẽs: Cũ
cognouissent deũ nõ sicut deũ glorifi-
cauerũt, aut gratias egerũt, sed euanu-
erunt in cogitationibus suis. Ecce est
pœnã & causa peccati, ex qua tñ qd
sequat̃ adiũgit. Et obscuratũ est insipi-
ens cor eorũ, dicẽtes em̃ se esse sapien-
tes stulti facti sunt et mutauerũt glo-
riã incorruptibilis dei in similitudinẽ
imaginis

Rom. 14



imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Ecce est peccatum, & pœna peccati. Sed peccati solummodo & pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc peccato & aliud sequeretur. Nam post in
Ibidem. fidelitatem eorum subditur. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditia, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Qui igitur cognoscetes deum non sicut deum glorificauerunt, ex eo peccato & causa peccati, ad hoc quoque perducti sunt ut ad cultum serpentium & uolucrum laberentur. Sed quia per hanc etiam cœcitate usque ad immunditiam & carnis contumelias ceciderunt, ipsa infidelitatis eorum cœcitas precedenti intellectui & peccatum est & pœna peccati, subsequenti uero immunditiæ peccatum facta est & causa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatum est, nobis in eis nunc diutius immorandum non est. Hoc aut nobiscum

cum tremore considerandum est, quo modo iustus & omnipotens deus cum præcedentibus peccatis irascitur, permittit ut cœcata mens etiã in alijs labatur. Vnde Mosi ait: Non dum cõpleta sunt peccata Amorreorũ. Dauid quoq; dicit: *Psal. 68.* Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in tuam iustitiam. Propheta etiã alius dicit: *Osee. 4.* Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangit, quando peccato peccatũ additur, & ut ante dei oculos adiunctis iniquitatibus anima eruentetur. Paulus apostolus ait: *1. Tes. 2.* Vt impleant peccata sua semper. Ioanni quoque per angelũ dicitur: *Apo. 22.* Qui nocet nocet adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vnde nunc etiam dominus dicit: *Ezec. 33.* Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatẽ: ponam offensiculum coram eo. Ac si aperte dicat: Videre pœnitendo noluit ubi iam impingit: iusto eum iudicio deferens, & ponam



nam ei ut & alibi impingat. Quod ta-
men domini ponere est nequaquam ad
peccandum premere, sed nolle à pecca-
to liberare, sicut de Pharaone dicitur:
Exo. 14. Ego indurabo cor eius. Non enim cor
peccantis dominus obdurat, sed obdu-
rare dicitur, cum ab obduratione non
liberat. Misericors enim deus tempus
nobis ad poenitentiam relaxat, sed cum
gratię eius patientiam nos ad augmen-
tum uertimus culpę hoc ipsum tempus
quod ad parcendum pie disposuit di-
strictius ad ferendum uertit. Vt qui re-
uerti quis etiam spacio temporis acce-
pto noluerit, per hoc mala sua ad rea-
tum augeat, per quod ea diluere potuit
si conuerti uoluisset. Vnde scriptum est:
Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas dei ad
poenitentiam te adducit? Secundum dur-
ritiam autem tuam & cor impoenitens
thesaurizas tibi iram in die irę, & reue-
lacionis iusti iudicij dei. De benignita-
te ergo omnipotentis dei iram sibi in
die irę reprobis thesaurizat, quia dum
ad poenitendum tempus accipitur, &
ad

ad peccandum exhibetur, ipsum reme-
dium gratię uertit in augmentum cul-
pę. Vnde omnipotens deus quia col-
lata remedia conspicit ad culpę aug-
mentum trahi, ipsam benignitatem
quam contulit in iudicij districtiorem
uertit, ut inde post amplius feriat, un-
de modo amplius expectat. Et quia
homo malum deferere non uult ut ui-
uat, augeat unde moriatur. Sed siue iu-
stus in culpam, siue peccator in mor-
tem corruat, speculatori timendum est
ne hunc ex suo silentio reatus peccan-
tium pariter inuoluat. Sed interim
dum loquor auertere à memetipso o-
culos uolo, & ecce iterum sermo diui-
nus me impingit in memetipsum, ut
meam negligentiam uideam, & mihi
dici hæc quę audio pertimescam. Si-
cut enim superius dixi, cuius cor in cu-
tis innumeris expansum se ad se col-
ligat. Quando etenim possum & ea
quę circa me sunt sollicitè omnia cu-
rare, & memetipsum adunato sensu
conspicere? Quando possum prauo-
rum



rum nequitas insequendo corrigere, bonorū actus laudando & admonendo custodire, alijs terrorem atque dulcedinem demonstrare. Quando ualeo & de his quæ sunt necessaria fratribus cogitare, & contra hostiles gladios de urbis uigilijs sollicitudinem gerere, ne incurfione subita ciues pereant prouidere, & inter hæc omnia pro animarū custodia plene atq; efficaciter uerbum exhortationis impendere.

Cypriani episcopi unde supra, ex libro ad Pomponium, Caput XIII.

Tndisciplinatos autē perire, dum nō audiunt, nec obtemperant consilijs salubribus testat̄ diuina scriptura, quæ dicit: Non diligit indisciplinatus castigantem se. Qui autem oderunt correptiones cōsumuntur turpiter. Ergo ne indisciplinati cōsumantur & pereant, da operam frater charissime, ut quantum potes consilijs salubribus fraternitatem regas, & singulis salutem suam consulas. Arcta & angusta est uia per quā ingredimur ad uitam, sed summus &

& magnus est fructus cum puenimus ad gloriam. Qui se semel castrauerunt ppter regnum cœlorū, deo per omnia placeant, nec sacerdotes dei aut ecclesiam domini contemnentes scandalo se fratribus offerant. Et si ad presens a nobis contristari uidentur, nos tamen in salubri persuasione maneamus, sciētes & apostolum dixisse: Ergo ego *Galat. 4.* inimicus factus sum uobis, uerum dicēs uobis: Quod si obtemperauerint nobis gratissimum est stantes eos ad salutem pariter dignatione nostri sermonis formauimus. Si autem quidam de peruersis obtemperate noluerint, secundum eundem apostolum dicentem: Si hominibus placere, Christi *Galat. 1.* seruus non essem. Si quibusdam suadere non possumus, ut eos uero Christo placere faciamus nos certe (quod nostrum est) Christi domini & dei nostri præcepta seruantes placeamus.

s 3 Gregorius



Gregorij pape in explicat. Ezechiel. omel. 9.
part. 1. qualiter prelati subditij: autoritatem
predicationis inferre debeant,

Caput IX.

Sic nobis boni uerbi inesse autori-
tas debet ut is qui preest dicat re-
cta libere, & is qui subest inferre bona
humiliter non recuset. Bonum em̄ qd
maiori à minore dicitur tunc uere bo-
num est si humiliter dicatur. Nam si re-
ctitudo sentiendi humilitatem loquē-
di perdidit, radicem sensus in ramo
linguæ uitiauit, quod uidelicet uitium
iam non ex ramo, sed, ex radice est, ga-
nisi cor intumesceret lingua minime
superbiret. Inesse ergo ad loquēdum
priori humilis autoritas, inesse autem
minori libera humilitas debet. Sed sæ-
pe in hominibus ipse loquendi ordo
confunditur, sicut & longe superius
diximus, nam aliquando quis per ti-
morem elationis loquitur, & loqui se
per autoritatem libertatis existimat,
& aliquando alius per stultitiæ timo-
rem

morem tacet, & tacere se per humili-
tatem putat: Ille locum sui regiminis
attendens non metitur sensum tumo-
ris, iste locum suæ subiectionis con-
siderans timet dicere bona quæ sentit,
& ignorat quantum charitatis reus ef-
ficatur tacendo. Sic uero sub autorita-
te superbia, & humanus timor sub hu-
militate se palliat, ut sæpe nec ille ua-
leat considerare quid deo, nec iste
quid debeat proximo. Nam ille eos
qui sibi subiecti sunt conspicit, & ei
cui omnes subiacent non intendit in-
elatione attollitur, & de elatione sua
uelut de autoritate gloriatur, iste ue-
ro nonnunquam dum timet ne maio-
ris gratiam amittat, atque per hoc ali-
quid temporalis damni sustineat, re-
cta quæ intelligit occultat, atq; apud
se tacitus ipsum timorem quo con-
stringit humilitatē nominat, sed eum
cui nil uult dicere tacēdo in cogitatio-
ne dijudicat, fitq; ut unde se humilē ex-
istimat, inde grauius sit superbus. Di-
scernēda ergo semper sunt libertas &
s 4 super



superbia, humilitas & timor, ne aut timor humilitatē, aut se superbia libertatem fingat. Ezechiel itaq; quia non solum populo, sed etiam senioribus loqui mittebatur, ne incautum timorem humilitatem crederet, ut timere non debeat admonetur dum dicitur: *Ezech. 21* Ne timeas eos. Ac ne forte derogationis eorum uerba pertimescat, adiungitur. *Ibidem.* Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogantium timere non debeat, etiam causa subiungitur, cum protinus subinfertur. Quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi, quibus loqui mittebatur si in fide & opere deo omnipotenti placuissent. Quia autem increduli sunt & subuersores in sermonibus suis derogantes, timendi non sunt, quia stultum ualde est si illis placere querimus quos non placere domino scimus. Debent autem haberi in metu & reuerentia iudicia iustorum, quia membra omnipotentis dei sunt & hoc ipsi in terra

in terra reprehendunt quod dominus redarguit e caelo. Nam peruersorum derogatio uite nostre approbatio est, quia ostenditur iam nos aliquid iustitiae habere si illis displicere incipimus, qui non placent deo. Nemo etenim potest in una eademq; re omnipotentis domino atque eius hostibus gratus existere. Nam deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. Et inimicis ueritatis aduersabit, qui eidem ueritatem in mente subiugatur. Vnde sancti uiri in uocis liberae increpatione succensi, eos ad sua odia excitare non metuunt, quos non deum diligere cognoscunt. Quod propheta ardentius exhibens creatori omnium quasi in munere obtulit dicens: *Psal. 137* Nonne qui oderant te deus oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Ac si aperta dicat: Pensa quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc rursus dicit. *Psal. 34.* Qui retribuit



tribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam subsecutus sum iustitiam. Bonum valde est quod iustus tribuit, quando male agentibus libera uoce contradicit. Sed pueri mala pro bonis retribuunt cum iustis derogant, quia contra eos iustitiae defensionem seruant. Non enim iusti humana iudicia, sed eterni iudicis examē aspiciūt, atq; ideo derogantium uerba contemnant. Hinc etenim derogantibus Corinthijs Paulus dicebat: Mihi aut pro minimo est ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Qui nec in corde suo unde se reprehende potuisset inueniens adiungit: Sed neq; meipsum iudico. Videns aut quia ei ad pfectionem sanctitatis nec suum iudiciū sufficeret, subdidit. Sed non in hoc iustificatus sum. Cur uero nec sibimetipsi de semetipso credidit, causam reddidit cum subiungit. Qui aut iudicat me dominus est. Ac si aperte dicat: Nec meo de me iudicio credendū existimo, quia ille me iudicat, cuius ego iudiciū nō cōprehēdo. Hinc

1. Cor. 4

ibidem.

do. Hinc etenim beatus Iob cum per amicorū derogantiū linguas inter dolores uulnerū pateret iacula uerborū cogitatione p̄tinus ad conscientia recurrit, atq; ubi mentē solidam haberet aspexit, dicens: Ecce em̄ in caelo testis meus. et cōsciū meū in excelsis. Qui etiam subdidit: Verbosi amici mei, ad deum stillat oculus meus. In omni em̄ quod de nobis dicit, semper taciti ad mentē currere debemus, interiorū testem & iudicē querere. Quid em̄ prodest si omnes laudēt cum conscientia accuset? Aut qd poterit obesse si omnes nobis derogent, & sola nos conscientia defendat? Beatus ergo Iob inter linguas derogantiū inflexamente persistens, quia in terra se impugnari falsis sermonibus uidit, in caelo testem quaesuit. Hinc Isaias ait: Popule meus qui beatificant te ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Qui uidelicet populus ne uerba suae laudis attenderet, & in culpis altius periret, statim ei dicit quem aspiciat, cuius

Iob. 16.

Isai. 36.



cuius iuditiū pertimescat cum subdi-
tur. Stat ad iudicandum dominus, &
stat ad iudicandos populos. Ac si ap-
te diceretur: Iuditia humana cur seque-
ris, qui stare super te coelestem iudicē
scis? Hinc est quod Ioannē baptistam
ueritas esse arundinem uento agita-
Math. 11 tam negat, dicens: Quid existis uidere
in deserto? Arundinem uento agita-
tam? Quod quia negando dixerit, nō
affirmando subiuncta uerba testant.
Ibidem. At em̄: Sed quid existis uidere in de-
serto? hominem mollibus uestitum?
Ecce qui mollibus uestiuntur in domi-
bus regum sunt. Arundo autem uen-
to agitata modo flatibus erigitur, mo-
do flatibus inclinā. Omnis aut̄ infir-
mus animus qui uel derogatione deſ-
citur, uel laudibus exaltatur arundo
uento agitata est. Quod Ioannes non
erat, quia inflexibilē mentis uerticem
inter laudes hominum & derogatio-
nes tenebat. Sed magna inſtione res
indiget, cum recti operis uſam tene-
mus, utrū semper despiciere derogan-
tium

tū uerba debeamus, an certe aliquan-
do compescere? De qua re sciendum
est, quia linguas detrahentium sicut
nostro studio non debemus excitare,
ne ipsi pereant, ita per suam malitiam
excitatas debemus æquanimit̄er tole-
rare, ut meritum nobis crescat, aliqua
do aut̄ compescere ne dum de nobis
mala disseminant eorum qui audire
nos ad bona poterant, corda innocen-
tium corrumpant. Hinc etenim est qđ
Ioannes obtreſtoris sui linguam re-
darguit dicens: Is qui amat primatum
gerere in eis Diotrephes, non recipit
nos. Propter hoc si uenero cōmone-
am eius opera quæ facit, uerbis malig-
nis gariens in nos. Hinc Paulus ite-
rum detrahentibus Corinthiis loquit̄
dicens: Epistolę inſunt graues sunt
& fortes, presentia aut̄ corporis infir-
ma, & sermo contemptibilis. Hoc co-
giter qui eiusmodi est, quia quales su-
mus uerbo per epistolas absentes, ta-
les & presentes in opere. Hij etenim
quorum uita in exemplum imitatio-
nis

*In tertia
epistola.*

1. Cor. 10



nis est posita, debent si possunt detra-
hentium sibi uerba cōpescere, ne eo-
rum prædicationem non audiant, qui
audire poterant & in prauis moribus
remanentes bene uiuere cōtemnant.
Sed hac in re subtili inquisitione ne-
cesse est ut semetipsum animus inue-
stiget, ne fortassis suæ laudis gloriam
querat, & animarum lucra se querere
nostra cogitatio similet. Sæpe etenim
sui nominis laude animus pascitur, &
quasi sub obtentu lucrorum spirituali-
um cum de se bona dici cognouerit læ-
tatur. Et sæpe gloriæ suæ defensione
contra detrahentes irascitur, & fingit
sibi met quod hoc ex eorum zelo faci-
at, quorum corda à bono itinere detra-
henti sermo perturbat. Illi ergo de-
bent magnopere curare ne contra eo-
rum opinionem detrahentium uerba
præualeant, qui suam conscientiam
subtiliter discutientes, se in ea inueni-
unt de amore priuati gloriæ nil habe-
re. Hinc est enim quod iusti atque perfecti ali-
quando uirtutes suas prædicant, bona quæ
diuinitus

diuinitus acceperint narrant, non ut ip-
si apud homines sua offensio perficiat,
sed ut eos quibus prædicant exemplo
suo ad uitam trahant. Vnde Paulus apud 2. Cor. 11
postolus quotiens fustibus cesus, quo-
tiens lapidatus, quotiens naufragium
pertulit, quanta pro ueritate sustinuit,
quod ad tertium cœlum raptus, quod
in paradysum ductus sit Corinthiis
narrat, ut eorum sensum à falsis prædi-
catoribus auertat, & de se innotesce-
ret qualis esset, illi eis uilescerent quos
ab eis cognouerat inique uenerari.
Quod perfecti cum faciunt, id est, cum uir-
tutes proprias loquuntur, in hoc quoque
dei omnipotentis imitatores sunt, qui
laudes suas hominibus loquitur ut ab
hominibus cognoscatur. Nam cum
per scripturam suam prædicat dicens:
Laudet te alienus, & non os tuum, quo
modo facit ipse quod prohibet. Sed
si uirtutes suas omnipotens dominus
taceret, eum nullus agnosceret si e-
um nullus agnosceret, nullus ama-
ret. Si nullus amaret, nullus ad uitam
rediret



sal. 110 rediret. Vnde & per psalmistā de deo dicitur. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo, ut det illis hereditatem gentium. Virtutes ergo suas annuntiat, non ut laudibus suis ipse proficiat, sed ut hij qui nunc ex sua laude cognouerūt ad perpetuā hereditatem uiuant. Iusti itaq; atque perfecti nō solum cum uituperationis sue uerba reprehendūt, sed etiam cum uirtutes quas habent infirmis loquunt, reprehensibiles non sunt, quia per suam uitam quam referūt aliorū animas ad uitam quarunt. De quibus tamen sciendum est, quia nunquam bona sua detegunt nisi eos (ut dixi) aut proximorum utilitas, aut certe nimia necessitas cogat: Vnde Paulus apostolus cum uirtutes suas Corinthijs enumerasset adiunxit: Factus sum insipiens, uos me coegistis. Fit uero aliquando ut necessitate compulsi in bonis quae de se referūt, non aliorum utilitatem, sed suam requirant, sicut beatus Iob facta sua enumerat dicens: Oculus fui caeco

ceco, & pes claudus, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligenter inuestigabam, & multa alia quae se pie egisse commemorat. Sed quia in uulnere doloris positus ab amicis in crepantibus impie egisse, & uiolentus proximis atq; oppressor pauperum fuisse dicebatur, ubi sanctus inter dei flagella & humane increpationis uerba deprehensus, mentē suam grauiter contulit, atq; ad desperationis foueam conspexit impelli. Qui iam iamq; cadere poterat, nisi ad memoriā sua bene acta reuocasset, ut ad spem animum reduceret, ne oppressus uerbis & uulneribus in desperatione periret. Quod ergo bona sua enumerat, non innolescere alijs quasi ex laude desiderat, sed ad spem omnium reformat. Iusti itaq; sicut sine arrogantia loquuntur aliquādo bona quae agunt, ita sine zelo priuatae gloriae detrahētū sibi linguas redarguūt, quia noxia loquuntur. Cum uero linguae derogantium, corrigi nequeunt, equanimitē sunt per omnia tolerāde, nec ob-

t trecta



trectationis sermo timēdus est, ne dum
uituperatio peruersorum metuitur, re-
cti operis uia deseratur. Vnde nūc Eze-
Ezech. 2. chiel propheta dicit: Sermones eorū
ne metuas, quia increduli & subuer-
sores tecū sunt. Minus autē mali essent,
si hi qui sunt increduli subuersores mi-
nime fuissent. Qui enim ipsi uel cœle-
stis regni præmia uel gehennæ esse sup-
plicia non credunt, in suis prauitatibus
dimissi, à fide & opere etiam alios sub-
uertunt, ut regnum quod ipsi appetere
non uolunt, nec alter assequatur. Hi
namq; cum teneriores quosdam bona
incipere, mala iam deuitare cognoue-
rint, modo irridēdo quod in cœlis pro-
mittitur, modo despiciēdo, quod deus
omnipotens de inferni supplicijs mina-
tur, modo laudando bona temporalia
& delectationes presentis seculi, calli-
da perfratione pollicendo, deflectunt
mentes innocentium, eorumq; itinera
peruertunt. Gaudent, si quos potue-
rint à uita reuocare, ad mortem trahere,
lætantur in prauitatibus suis, exul-
tant

tant & in alienis. His nimirū poena sua
non sufficit, qui agunt ut ne soli mori-
antur. At si fortasse iustum quempiam
tantę iam uirtutis inuenerint, ut ei lo-
qui contraria non presumant, quia sub-
uersores esse non possunt, statim scor-
piones fiunt. Scorpio etenim palpan-
do incedit, sed cauda ferit, nec mordet
à facie, sed à posterioribus nocet. Scor-
piones ergo sunt omnes blandi & ma-
litiosi, qui bonis quidem in faciem non
resistunt, sed mox ut recesserint dero-
gant, alios quos uoluerint inflammāt,
queq; possunt noxia immittunt, morti-
fera inferre occulte non desunt. Scor-
piones ergo sunt, qui blandi & inno-
xij in facie uidentur, sed post dorsum
pottant unde uenenum fundant. Qui
enim in occulto feriunt, quasi mortem
latenter trahunt. Vnde etiam per Psal-
mistam dicitur: Circūdederūt me sicut
apes, & exarserunt sicut ignis in spinis.
Apes enim in ore mel habet, in aculeo
caudę uulnus. Et omēs qui lingua blan-
diuntur, sed latenter ex malitia feriunt

Psal. 17.



apes sunt, quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occulte feriendo uulnus inferunt. Ista uero facientes exardescunt, sicut ignis in spinis, quia per flammam detrahentium non iustorum uita comburitur, sed si que eis inesse poterant peccatorum spine concremantur. Dicatur ergo, increduli & subuersores tecum sunt, & cum scorpionibus habitas, increduli scilicet deo, subuersores uero infirmantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus ac robustis, quibus & si in facie contradicere non praesumunt, ex occulto tamen uulnus derogationis inferunt. Increduli quippe simul subuersores & scorpiones sunt, quia & audita ea que dei sunt non credunt, & eos quos preualent a bonis moribus subuertunt, & quos inflectere non ualent occultis machinationibus ferunt. Qua in re hoc quoque notandum est, quia cum Propheta dicitur, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, nobis consolationis medicamentum profertur, quos

sape

sape te det uiuere dum nolumus cum malis habitare. Querimur etenim cur non omnes boni sunt, qui nobiscum uiuunt. Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos iam debere esse decernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet, dum malos portare renuimus, quam multum adhuc ipsi minus de bono habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit & cum malis bonus. Hinc beatus Iob de se *Iob. 30.* metipso asserit dicens: Frater fui draconum & socius strutionum. Hinc Paulus apostolus discipulis dicit: In medio nationis prauę & peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Petrus dominici gregis pastor dicit: Iustum Loth oppressum a nephandorum iniusta conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans inter eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Sepe uero cum de uita proximorum querimur, mutare locum co-

t 3 namur



namur, secretū uitæ remotioris elige
re, uidelicet ignorantes, quia si desit
spiritus, non adiuuat locus. Idem em̄
Loth de quo loquimur in Sodomis
sanctus extitit, in mōte peccauit. Quia
autē loca mentē non muniunt, ipse hu
mani generis primus testatur parens,
qui & in paradiso cecidit. Sed minus
sunt omnia quę loquimur ex terra, nā
si locus saluare potuisset, Satan de cœ
lo non caderet. Vnde psalmista ubiq;
in hoc mundo tentationes esse cōspli
ciens, quęsiuit locum quo fugeret, sed
sine deo inuenire non potuit munitū.
Ex qua re & ipsum sibi locum fieri pe
tijt, propter quem locum quęsiuit, di
cens: Esto mihi in deum protectorem
& in locum munitum, ut saluum me
facias. Tolerandi ergo ubiq; sunt pro
ximi, quia Abel fieri nō ualent, quem
Cain malitiā non exercet. Vnum ue
ro est pro quo societas uitari debeat
malorum, ne si fortasse corrigi non ua
lent, ad imitationem trahant, & cum
ipsi à sua malitiā non mutantur, eos
qui

Psal. 40.

qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. 1. Cor. 15
Vnde Paulus ait: Corrūpunt mores
bonos colloquia mala. Et sicut per Sa
lomonem dicit: Noli amicus esse ho
mini iracundo, nec ambules cum uiro
furioso, ne forte discas semitas eius, &
sumas scandalum animę tuę. Sicut er
go perfecti uiri puerfos proximos nō
debent fugere, quia & eos sape ad re
ctitudinem trahunt, & ipsi ad pueru
silitatem nunquam trahunt, ita infirmi
quicq; societatem debent declinare pra
uorum, ne mala quę frequenter aspi
ciunt & corrigere nō ualent, delecten
tur imitari. Sic em̄ uerba proximorū
audiendo quotidie sumimus in men
te, sicuti flando atque respirando aē
rem trahimus corpore. Et sicut malus
aēr assiduo flatu tractus inficit cor
pus, ita peruersa locutio assidue audi
ta infirmantium inficit animum, ut ta
bescat delectatione prauī operis, assi
duitate sermonis. sequitur: Verba eo
rum ne timeas & uultus eorum ne for
midēs, quia domus exasperās est. Ideo
t 4 boni

Prou. 22

Exech. 2.



boni timēdi sunt ne offendant, ne for-
tasse per eos ille prouocetur ad iram,
qui eorū corda semper inhabitat. Nā
sicut superius dictum est, si malos of-
fendimus timere minime debemus,
quia illis nostra actio displicet, qbus
nec iustitia creatoris placet. Quid er-
go timēdū est, si nobis ingrati sunt, q
deo amabiles non sunt? Vnde recte
nūc dicit: Verba eorum ne timeas, &
uultus eorū ne formides, quia domus
exasperans est. Ac si aperte diceretur:
Timēdi essent, nisi me in suis actibus
exasperassent. De quibus adhūc sub-
ditur: Loqueris ergo uerba mea ad e-
os, si forte audiant & quiescant, quia
irritatores sunt. Omnis qui peccat, qd
aliud quam conditoris sui in se iracun-
diam irritat: Et scimus quia quotiens
actu, quotiens uerbo, quoties cogita-
tione delinquimus, deum contra nos
totiens irritamus, sed tamen sustinet
& clemēter expectat per patientiam.
Per prādicatores autē suos dominus
uermum nobis exhortationis prero-
gat.

Ibidem:

gat. Omnis autem qui recte predicat,
si auditur, iram irritati creatoris sui su-
per preuaricatore[m] populum placat.
Vnde necesse est ut ipse non debeat
agere malum, quod solet in populo su-
rorem conditoris irritare. Propter qd
etiam subdit: Tu autem fili hominis *Ezech. 2*
audi quæcuncq[ue] loquor ad te, & noli es-
se exasperans, sicut domus exaspera-
trix est, id est, mala quæ fieri conspicias
ipse non facias, ne hoc quod prohibe-
re mitteris, ipse cōmittas. Omnis ete-
nim prādicator intenta semper debet
mente pensare, ne qui missus est lap-
sos erigere, ipse in prauitate operis cū
lapsis cadat, & Pauli hūc apostoli sen-
tentia feriat dicens: In quo alterum iu *Rom. 2.*
dicas, te ipsum condemnas. Vnde Ba-
laā dei spīriū repletus ad loquēdum,
sed tamen in carnali uita suo spīritu re-
tentus, de semetipso loquit dicens: *Num. 24*
Dixit adiutor sermonū dei, qui nouit do-
ctrinam altissimi & uisiones omni-
potentis uīdit, qui cadens apertos habet
oculos. Cadens apertos oculos habu-
it, qui



it, q̄ rectū q̄d diceret uidit, sed recte uir
uere cōtemplit, cadēs uidelicet in per
uerso opere, & apertos habēs oculos
in sancta predicatione. Est tñ aliud q̄d
possit intelligi, cur beatus Ezechiel, q̄
ad predicationē mittit, esse exasperās
phibet. Nisi em̄ ad loquēda uerba cū
mittebāt obediret, omnipotentem do
minū, sicut populus de puerſo opere,
sic ppheta de suo silētio exasperaret.
Nam sicut mali ideo deū exasperāt, q̄
loquunt uel faciūt mala, ita nonnun
quā boni exasperāt, q̄ reticēt bona.
Illis itaq; culpa est puerſa agere, istis re
cta reticere. In hoc ergo cū malis etiā
boni simul deū exasperāt, q̄ cū puer
ſa non increpant, eis per suum silenti
um perficiendī licentiam prāstant.

*Gregorij papae in explicat. Ezechiel. omelia. 7.
part. 1. qualiter proximorum scandala cauenda
sint, uel etiam pro nihilo contemnenda,*

Cap. xv.

IN nostro bono opere, aliquando
cauendum scandalum proximi, ali
quando uero pro nihilo contemnen
dum,

dum, quod in ipso nostro autore didi
cimus, qui dum tributum Petro inqui
sito peteretur, prius paradigma propo
suit, per quod se nihil debere respon
dit, dicens: Reges terræ a quibus acci
piūt tributum uel censum, a filiis suis,
& an ab alienis? Cui cum ille diceret,
ab alienis, illico respondit: Ergo libe
ri sunt filij. Sed postquam se liberum
esse mōstrauit, ne fortasse scandalum
cuiquā faceret, subdidit: Ut autē non
scandalizemus eos, uade ad mare &
mitte hamum, & eum piscem qui pri
mus ascenderit tolle, & aperto ore ei
us inuenies staterem, illum sumens da
eis pro me & te. Qui rursus cum dice
ret: Omne quod intrat in os non co
inquinat hominem. Et tunc acceden
tes discipuli dixerunt: Scis quia Pha
risaei audito uerbo hoc scandalizati
sunt. At ille respondens ait: Omnis
plantatio quam non plantauit pater
coelestis, eradicabitur. Sinite illos
caeci sunt, & duces caecorum. Ecce
magistra ueritas ne in quorundam
cordibus

Mat. 17.

Mat. 15.

Ibidem.



cordibus scandalum gigneret, & qd non debuit tributum dedit, & rursum quia generari scandalum in quorundam cordibus contra ueritatem uidit, in suo eos scandalo remanere permisit. Ex qua re nobis considerandum est, quia in quantum possumus sine peccato uitare proximorum scandalum debemus. Si autem de ueritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quam ueritas relinquatur.

Gregorij papæ in explicat. Ezech. omel. X. part.

1. ut rector bona quæ sentit, dicere nec erubescat nec metuat, Cap. XVI.

Ecce dedi faciem tuam ualentior rem faciebus eorum, & frontem tuam duriorē frontibus eorum. Sicut uerecundia laudabilis est in malo ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum sapientia est, bonum uero erubescere fatuitas est. Vnde scriptum est: Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit poenitendo mala quæ fecit, ad uitæ libertatem peruenit.

Eccl. 4.

uenit. Qui uero erubescit bona facere ab statu rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit, sicut per redemptionem dicitur: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona iam mente concipiunt, sed nec dum malis aperte contradicunt. Hi nimirum: quia boni sunt in mente, sed auctoritatem non habent in locutione, apti ad ueritatis defensionem non. Ille enim ueritatis esse defensor debet, qui quod recte sentit loqui nec metuit nec erubescit. Vnde nunc quoque in magno munere prophetæ promittitur: Ecce dedi faciem tuam ualentiorē faciebus eorum, & frontem tuam duriorē frontibus eorum. Quid est autem peccator, nisi uulneratus? Et predicator, nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator, qui iacet in uulnere, cur erubescat medicus qui per medicinam prouidet salutem? Vnde recte nunc subditur: Ut ad amantem, & ut silicem dedi faciem tuam. Adamas

Luc. 9.

Ezech. 3.



Adamas & silex utraq; dura, sed unū horum pretiosum est, & alterum uile. Adamas ad ornamentum sumit, silex ab itinerantibus calcatur. Et saepe contingit ut hos, quos correptionē suam conspicimus nimis humiliter audire, uerecūdemur eis aliqua dicere. Non nunquam uero euenit, ut eos quos in crepationē suā uidemus postponere & despectui habere, trepidemus eis uerbum inferre. Sed si recte sapiamus, & ad eos à quibus nos despici uidemus autoritatē exhortationis uel increpationis sumimus, ut nec illorū humilitatē debeamus erubescere, nec horum superbiam formidare. Dicat ergo: Ego autē dedi faciem tuam ut silicem, si ab auditoribus conculcaris atq; despiceris, ut nec per illatum honorem refrenetur lingua ex uerecūdia, nec per despectum taceat ex infirmitate. Sequitur. Ne timeas eos neq; metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Hod iam superius dictum est. Sed notandum quod aspera domus habeatur, cuius

cuius asperitas tam crebro replicatur. Increpandus itaq; peccator est, & nunquā timendus, quia domus exasperans est. Timeri etenim homo debuerat, si ipse autorem omnium ut homo timuisset: Nam qui rationis sensum ad timorem domini non habuit, tanto minus timendus est, quanto hoc quod esse debuit non est.

Cypriani episcopi ex lib. ad Tibaritanos, quod nemo seruus dei tempore persecutionis, ab statu rectitudinis declinet, Cap. XVII.

BEati inquit eritis cum uos odio *Luc. 6.* habuerint homines, & separauerint uos, & expulerint, & maledixerint nomini uestro, quasi nequā, propter filium hominis: Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces uestra multa est in caelo. Gaudere nos & exultare uoluit in persecutionibus dominus, quia quando persecutiones fiunt tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites dei, tunc martyribus patent caeli. Neque enim sic nomen



sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantummodo cogitare, & detrectare ac recusare militiã debeamus, cum in ipsa militia primus ambulauerit dominus, humilitatis & tolerantix & passiõis magister, ut qd fieri docuit, prior faceret, & quod pati hortat, prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium à patre solus accepit, & qui uenturus est iudicare, iam iudicij sui & cognitionis future sententiam prætulit, prenuntians & cõtestans confessorum se coram patre suo cõfidentes, & negaturum negantes. Si mortem possemus euadere merito mori timeremus. Porro aut cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionẽ de diuina promissione & dignatione uenientem, & fungamur exitu mortis cum premio immortalitatis nec uereamur occidi, quos constat, quando occidimur, coronari: nec quisquã fratres dilectissimi cum populum nostrũ fugari, conspexerit metu persecutionis &

& spargi, cõturbetur, quod collectam fraternitatem non uideat, nec tractantes episcopos audiat. Simul tunc omnes esse non possumus, quibus occidete non licet, sed occidi necesse est &c.

Quã grauis uero causa sit hominis Christiani seruum pati nolle, cum passus sit prior dominus, & pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatũ suũ propriũ non habens, passus sit ille pro nobis? Filius dei passus est, ut nos filios dei faceret, & filius hominis pati non uult, ut esse dei filius perseveret: Si odio seculi laboramus, odium seculi sustinuit prior Christus. Si cõtumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, grauiora expertus est mundi factor & dominus, qui & admonet dicens: Si seculũ, inquit, uos odit, memento *Iohã. 15.* tote quoniã me primo odit. Si de seculo essetis, seculũ quod suum esset amaret. Sed quia de seculo nõ estis, & ego elegi uos de seculo, propterea odit uos seculũ. Memento sermonis quẽ dixi uobis, non est seruus maior dño suo. Si



me persecuti sunt, & uos persecutentur. Dominus & deus noster quicquid docuit & fecit, ut discipulus esse non possit, qui dicit & non facit. Neque aliquis ex uobis fratres dilectissimi future persecutionis metu aut Antichristi imminentis aduentu sic terreatur, ut non euangelicis exhortationibus & praeceptis ac monitis caelestibus ad omnia inueniatur armatus. Venit antichristus, sed superuenit & Christus. Grassatur & saeuit inimicus, & statim sequitur dominus, passiones nostras & uulnera uindicturus. Irascitur aduersarius & minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare. Ille metuendus est, cuius iram nemo poterit euadere, ipso praemonente & dicente. Ne metueris eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere &c.

DE VITA SUBDITORVM.

Isidori Episcopi de subditis,

Capitulum XVIII.

Propter peccatum primi hominis humano generi poena diuinitus illata

Illata est seruitutis, ita ut quibus aspiciat non congruere libertatem, his misericordius irrogat seruitutem: Et licet peccatum humane originis poena uenisset, seruitutis tamen equus deus ideo decreuit hac in uita alios de hominibus seruos constituens, alios dominos, ut licentia male agendi seruorum potestate dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu essent, quis esset qui a malis quempiam cohiberet? Inde & in gentibus reges principesque electi sunt, ut terrore suo populum a malo coercebant atque ad recte uiuendum legibus subderent. Quantum pertinet ad rationem, non est personarum acceptio apud deum, qui mundi elegit ignobilia & contemptibilia, & quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ne gloriatur omnis caro, hoc est, carnalis potentia coram illo. Unus enim dominus equaliter & dominis fert consilium & seruis. Melior est subiecta seruitus quam elata libertas. Multi enim inueniuntur deo libere seruientes sub dominis constituti flagitiosos, qui



qui & si hic subiecti sunt illis corpore,
prelati tamen sunt illis mente.

Cuius supra, de Regulis Clericorum,

Caput XIX.

His igitur legibus patrum cauti, &
à uulgari uita seclusi, à mundi uo
luptatibus sese abstineant. Non specta
culis, non pompis intersint. Conuiuia
publica fugiant, non tantum pudica,
sed & sobria colant, usuris nequaquã
incumbãt. Neq; turpius occupatio lu
crorum, fraudesq; cuiusquã studio ne
appetant. Amorem pecunię quasi ma
ceriam cunctorum criminum fugiant.
Secularia officia negociaq; abijciant,
honorum gradus ambitionesq; non
subeant. Pro beneficijs medicinę mu
nera non accipiant. Dolor & coniu
rationes caueant. Odium, æmulatio
nem, obrectationem, atque inuidiam
fugiant. Non uagis oculis, nec infreni
lingua, aut petulanti timidoq; gestu in
cedant, sed pudorem ac uerecundiam
mentis simplici habitu incessuq; osten
dant. Obscenitatē etiã uerborũ, sicut
&

& operum pœnitus execrentur. Vidu
arum ac uirginũ uisitantes frequen
tissimas fugiant. Contubernia extra
nearum fœminarum nullatenus appe
tant. Castimoniam quoque inuiolati
corporis perpetuam conseruare stude
ant, aut certe unius matrimoniunculo
fœderent. Senioribus quoq; debitam
prebeant obedientiam, neque ullo ia
ctantix studio semetipsos attollant.
Postremo in doctrina, in lectionibus,
psalmis, hymnis, canticis, exercitatio
ne iugi incubant. Tales em̄ esse debēt
q̄ diuinis cultibus sese mancipandos,
scilicet ut dum scientię operã dant, do
ctrine gratiam populis administrent.
*Isidori episc. ut non presumant subditi temere
uitam prepositorũ suorum reprehendere,*

Caput

XX.

Nam sunt qui prepositos suos
peruerse iudicant, dum terrenis
studijs eos plus uiderint esse intetos,
si uel parum iam ipsi de spiritualibus
cogitauerunt. Rectores ergo à deo iu
dicandi sunt, à suis autem subditis ne
u 3 qua



quaquam iudicandi sunt. Exemplo domini, qui per se uendentes columnas, & nummulariorum mensas proprio euerit flagello, & proiecit à templo. Vel etiam sicut dixit: Deus stetit in synagoga deorū, in medio autē deos discernit. Quod si à fide exorbitauerit rector tūc erit arguendus à subditis, pro moribus uero reprobis tolerandus magis quam distringendus à plebe est.

Psal. 81.

Origenis, ut clerici à foeminarum consortio cauti existant, Cap. XXI.

TEmpus adhuc luctaminis gerit, & mors per foeminam adhuc ulque grassatur. Mentior si non uideamus exinde interitus plurimorū, quāti & quales episcopi & clerici simul & laici post confessiones, uictoriarumque calcata certamina, post magnalia & signa, uel mirabilia quae monstrata noscuntur, cum his omnibus naufragasse, cum uolunt in nauī fragili nauigare: Quātos leones domuit una infirmitas delicata, quae cum sit uilis & misera, de magnis efficit praedam: Quod Solomon loquitur

loquitur dicens: Pretium meretricis quantum est panis unius. Mulier autē pretio ^{Proh. 6.} las animas capit. Causale est omne quod foeminae est, copulatio eius semper inferta est. Foedere suo magnas molestias praestat, & cui adhaerit contra fas infanabilem ingerit plagam. De carbonibus scintillae dissiliunt, de ferro rubigo nutritur. Morbos aspidēs sibilant, & mulier fundit concupiscentiae pestilentiam, quam Salomon sic comparat dicens: De uestimentis praecedit tineae, & à muliere iniquitas. Haec sunt studia omnia clerico tūc ut singularitatis inaccusabili secessione fungantur, ne aut ipsi per foeminas, aut foeminae per illos ad ignominiosa ludibria praueant. Si quis habet matrem, uel filiam, uel sororem, uel coniugem, uel cognatam, sic habeat ut nulla intersit ancilla, neque aliqua ingrediat extranea, ne ad hoc uideatur retinere proximas suas, ut ipsa tūc causa libere sibi adhibeat alienas. Quod si non possunt ipsae, quae sunt proximae sine famularum ministeria uel sine amicorum solatio esse, expedit ut



migret ad aliud domiciliū, quam propter illas persone contrariæ teneant. Humanum est em̄ ne clericus illas necessarijs sc̄eminis fraudet. Ne & ipse clericū per importunas sc̄eminas fordidit, assignari possunt sanctis mulieribus cum quibus uiuant, dummodo cum clerico nulla cōmaneat. Non despecta, non uetula sine affinitate peculiariter suspiciēda est ad domesticum obsequiū. Quia magis illic cito delinquitur, ubi sine suspitione securum potest esse delictum, maxime quia cupidinis nulla deformitas nullo aspectu fastidiosa uel uilis extitit, cui diabolus pingens speciosum efficit quicquid sc̄edum uel horridum fuerit. Si quis autem modo profectioe cogente apud fratres extraneos hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se arctet, ne passibitate aliqua uitietur, semotus secretusq; deo uacet, ne intus capiatur à diabolo: Et qui foris capi non potuit apud se interius nō cadat. Qui hostes effugit ad tempus, pro salutaribus

lutaribus causis procedat ad faciem, & iterum cito discedere de conspectu festinet. Vbiq; gustanda cum mulieribus, non cōtinuāda presentia, sed quasi transeunter sc̄eminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiua &c.

Sic igitur ambulate, sic agite, ut semper in clericis ecclesie senatus candidus cōstet, seueritas in uobis circa sc̄eminas uigeat, autoritas polleat, uigor teneatur, grauitas ueneretur. Vt semel omnia colligamus ad clausulam, breuiarium relegimus uobis, quod ad compendiosam plenitudinem redigens apostolus Paulus insinuat: De cetero *Philip. 4.* (inquit) fratres quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ. Si qua uirtus, si qua laus disciplinæ hæc cogitate, quæ cœpistis, & didicistis, & audistis, & uidistis in me hæc agite, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum.



*Cassiani presbyteri, de castitate clericorum, quod
ab Apostolo sanctimonia nuncupatur,
Cap. XXII.*

1. Thes. 4.

HAec est uoluntas dei, sanctifica-
tio uestra, ut abstinence uos (in-
quit) à fornicatione, ut sciat unusquis-
que ueltrū uas suum possidere in ho-
nore & sanctificatione. Non in passio-
ne desiderij, sicut & gentes, quæ igno-
rāt deum. Vide quibus eam laudibus
prosequit̃, honorem uasis, id est, cors
poris nostri, & sanctificationem appel-
lans eam. Igitur econtrario, qui in pas-
sione desiderij est, in ignominia & im-
munditia consistit & alienus à sancti-
ficatione, uersatur. Rursus eam sancti-
moniam ad Hebræos describens: Pa-
cem (inquit) sectamini cum omnibus
& sanctimoniam, sine qua nemo uide-
bit deum. Hic quoque euidenter sine
sanctimonia (quam solet integritatē
mentis uel puritatem corporis appel-
lare) pronuntiavit, dominum penitus
uideri non posse. Ante omnia uero
peruigil

Heb. 12.

peruigil necessaria est sollicitudo no-
cturna. Nam sicut puritas est, custo-
dia diei, nocturnam præpare castita-
tem, ita nocturnæ uigilie cordi pariter
& obseruationi diurnæ statum solidis-
simum roburq; præmittunt.

*De obedientia clericorum, Basilij episcopi,
Cap. XXIII.*

Qui fideliter & pure deum dili-
git, & certus est de retributione
domini, nec sufficere sibi putat ea quæ
iniungunt̃, semper augmenta operis
querit, & maiora quam iniungantur
desiderat & exoptat. Item: inuicē em̃
debemus obedire sicut serui domini
secundum quod præcepit dominus.
Quia qui uult esse magnus, fiat omni-
um nouissimus, & omnium seruus. Et
Paulo apostolo dicente: Per charita-
tem spiritus seruite inuicem.

Prosperi, de obedientia, Cap. XXIII.

ET Paulus ad Hebræos. Obedite
(inquit) prepositis uestris, & sub-
iecti estote eis. Ipsi em̃ peruigilant quasi
rationē p̃ animabus uestris reddituri,
ut cum

Mat. 20.

Gal. 5.

Heb. 13.



ut cum gaudio hoc faciant & non gementes, hoc enim expedit uobis. Ergo doctoribus suis debent obedire, qui audiunt atque eis cum reuerentia esse subiecti quod faciunt illi qui castigati libenter accipiunt, nec increpationibus contradicunt.

Beati Benedicti abb. de obedientia, Cap. XXV.

- M**ox ut aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si diuinitus imperetur moram pati nesciant in faciendo,
2. Reg. 22 de quibus dominus dicit: Auditum auribus obediuit mihi. Et item dixit doctoribus: Qui uos audit, me audit. Et item ut discipulis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori, imitans dominum de quo dicit Apostolus: Factus obediens usque ad mortem.
- Luc. 10. *Philip. 2*

DE OPERATIONE
manuum.

Cassiani presbyteri de operatione manuum quotidianis, et quod ob hoc manibus suis Paulus apostolus operatus sit, ut seruis dei operandi preberet exemplum. Cap. XXVI.

2. Thes. 3 **N**on quasi non habuerimus potestatem sed ut nosmetipsos for-
- mam

ma daremus uobis ad imitandum nos. Pandit causam cur tantis sibi laboribus indixerat, ut (inquit) formam daremus uobis ad imitandum nos: Et ne doctrinam uerborum auribus uestris frequenter ingestam obliuione traderetis, saltem conuersationis exempla sub oculorum fide uobis tradita memoriter retineatis, haud leuis eorum in hoc reprehensio, cum dicit se nulla alia, quam exempli gratia laborem hunc & fatigationem die noctuque corporis egisse, & eos nihilominus erudiri nolle, propter quos ipse necessitatem non habens tantum fatigationis indixerit. Et quidem (inquit) cum haberemus potestatem, & paterent nobis facultates omnium uestrorum atque substantiarum, & utendi eis domini nostri nossemus habere permissionem, non sum tamen usus hac potestate, ne quod a me bene ac licite fieret alijs socijs noxijs preberet exemplum. Et idcirco euangelio predicans meis manibus atque opere malui sustentari, ut uobis



DE SETEN. PATRVM

bis quoque uolentibus iter uirtutis incedere, uiam perfectionis aperirem. Et conuersionis formam meo labore præberem.

Cuius supra, quod non solum exemplo, sed etiam uerbis prædicando monuerit operari, Cap. XXVII.

Sed ne forte tacitus operans, & erudire eos uolens exemplis, minime illos etiam præceptorum monitis instruxisse uideretur infert: Nam cum esset semus (inquit) apud uos, hoc denuntiabamus uobis, quoniã si quis nõ uult operari, non manducet. Adhuc illorũ desidiam qui scientes eum magistrum bonum, doctrinæ, gratiæ, & institutionis obtentu suis manibus operatum imitari contemnunt, & diligentiam cautionemque suam exaggerat, dicens: non tamen se hoc illis exemplo tradidisse præsentem, sed etiam uerbis iugiter prædicasse, ut si quis scilicet non uult operari non manducet.

Cuius

d.

DE OP. REC. ECCL. 319

Cuius supra, quod multa uitia amputet operatione manuum. Cap. XXVIII.

ITaq; deformium uitiorũ tantorum congruã nũc emendationẽ cõferre festinat, & illa apostolica (qua usus fuerat paulo ante) deposita potestate, iterum ad uiscera pij patris, uel clemẽtis reuertit medicũ, & uel ut filijs, suscipitq; suis consilio salubri infert remedia sanitatis, dicens: His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in domino Iesu, ut cum silentio operantes, panem suum manducent. Causas tantorum ulcerum, quæ de radice ociositatis emergunt, uno operationis salutari præcepto curauit, ut peritissimus medicorum ceteras quoq; ualetudinis malas ex eodẽ cespite pululantes, sciẽs protinus extinguedas, origine morbi principalis exempta.

Cuius supra, diuersa testimonia quibus a postolus præcepit operari debere, uel ipse operatus fuisse monstratur, Cap. XXIX.

IN epistola quoque ad Ephesios de hoc ipso opere ita præcepit, dicens: Qui

2. Thes. 3



Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde retribuatur necessitatem patientibus. In Actibus etiam apostolorum hæc eadē non solum docuisse eum, sed etiam opere perfecisse similiter inuenimus. Nam cum uenisset Corinthum, alibi se manere non patitur, nisi apud Aquilam & Priscillam, eo quod eiusdem artis essent opifices quam ipse erat solitus exercere. Ita em̄ habet: Post hæc

Act. 18. Paulus egressus ab Athenis uenit Corinthum & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam Ponticum genere, & Priscillam uxorem eius, accessit ad eos, eod quod eiusdem essent artis, & manebat cum eis & operabatur. Erant autem scenofactoriæ artis.

Quod tantum operatus sit Apostolus, quantum non sibi soli, sed etiam his qui cum eo erant possit sufficere. Cap. XXX.

Dinde procedens Mileto, & exinde mittens Ephesum conuocansque presbyteros Ephesiorum ecclesie, &

lic, & dans eis precepta, quemadmodum regere ecclesiam dei se absente deberent, dicens: Argentum & aurum nullius concupiui. Ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi uobis, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare quam accipere. Graue nobis suæ cōuersationis reliquit exemplum, cum se non solum id operatum esse testatur, quod necessitatem sui tantummodo corporis expedit, sed etiam quod usibus eorum qui secum erant possit sufficere, his uidelicet, qui quotidie necessarijs ministerijs erant occupati, nequaquam sibi parare similiter uictum suis manibus potuerunt. Sicut & apud Thessalonicenses operatum se dixit, ut illis formam daret ad imitandum eum.

x

Au



Augustini Episcopi in libro de opere monachō,
quod seruos dei quotidiano opere ma-
nuum suarū simul cum diuinis can-
ticis exercere conueniat.

Caput XXXI.

Quid enim agant qui operari cor-
poraliter nolunt, cui rei uacent
scire uelidero? Orationibus inquit &
psalmis, lectioni uerbi dei. Sancta pla-
nē uita & in Christi suauitate laudabi-
lis, sed si ab his auocandi nō sumus, nec
manducandum est, nec ipsæ escæ quo-
tidie preparandæ ut possint apponi &
assumi. Si autem ad ista uacare seruos
dei certis interuallis temporū ipsius in-
firmitatis necessitas cogit, cur non &
preceptis apostolicis obseruandis ali-
quas partes temporum deputamus? Ci-
tius enim exauditur una obediētis ora-
tio, q̄ decem millia contemptoris. Can-
tica uero diuina cantare etiā manibus
operātes facile possunt, & ipsum labo-
rem tanquam diuino celeumate conso-
lari. An ignoramus omnes opifices qui
bus uanitibus & plerunq; etiam tur-
pitu

pitudinibus tētricarum fabularū do-
nent corda & linguas suas, cum manus
ab opere non recedant. Quid erga im-
pedit seruum dei manibus operantem
in lege domini meditari, & psallere no-
mini domini altissimi, ita sanē ut ad ea
discenda quæ memoriter non recolit
habeat seposita tempora. Ad hoc enim
& illa bona opera fidelium subsidio sup-
plendorum necessariorum deesse non
debent, ut horę, quibus ad erudiendum
animum ita uacatur, ut illa opera cor-
poralia geri non possint, non oppri-
mant ægestate.

Cassiani presbyteri, quemadmodum dei serui
opus manuum, & orationes pa-
riter exercent,

Cap. XXXII.

Idecirco orationes cū adiectione ope-
ris exequentur, ne uelut ociosis ua-
leat somnus irrepere. Sicut enim nullū
fermē à dei seruis ocij tempus excipere
conuenit. Itane meditationi quidē spi-
rituali finē imponere. Nam pariter ex-
ercere necesse est corporis animæq; uir-
tutes



334 SENTEN. PATRVM

tutes exterioris hominis stipendia, ut
& propter meditationem spiritualem
incessabile manuum opus exerceat, &
propter operis iugitatē tā preclari spiri-
tus profectus sciēticiq̄ lumē acquirāt.

Ambrosij Episcopi de eodem.

Caput XXXIII.

PAulus em̄ Apostolus à mane usq̄
ad quintam horam uictum mani-
bus queritabat, & exinde usq̄ ad deci-
mam horam disputabat publicē, tanto
labore, ut cōtradictibus persuaderet.

DE HOSPITALITATE.

Gregorij Papæ de hospitalitate.

Caput XXXIII.

Hospitalitatē ergo charissimi fra-
tres diligite, charitatis opera ama-
Heb. 13. te. Hinc enim per Paulum dicitur: Cha-
ritas fraternitatis maneat, & hospitali-
tatis nolite obliuisci. Per hanc enim pla-
cuerunt quidam angelis hospitio rece-
1. Pet. 4. ptis. Hinc Petrus ait: Hospitales inui-
cem sine murmuratione. Ipsa ueritas di-
Matt. 25. cit: Hospes sui & suscepistis me.

Isidori

DE OP. REC. ECCL. 325

Isidori episcopi, de hospit. Cap. XXXV.

ADuentibus hospitibus prom-
pta atque alacris susceptio adhi-
bēda est, sciētes ob hoc nouissimā cō-
sequi retributionē, sicut & dominus
ait: Qui uos recipit, me recipit & qui *Mat. 5.*
me recipit recipit eū q̄ misit me. Qui
recipit prophetam in nomine prophe-
tæ mercedem prophetæ accipiet. Et
qui recipit iustū in nomine iusti, merce-
dem iusti accipiet. Et qui potum dede-
rit uni ex minimis istis calicē tantum
aquæ frigidæ in nomine discipuli, A-
men dico uobis nō perdet mercedem
suam. Et licet omnibus hospitalitatis
bonum cum gratia oporteat referri,
uberior tamen monachis & clericis
deferēda est honorificētia hospitalita-
tis. Prebeant eis habitacula, lauentur
eorum pedes, ut præceptum domini
cum impleatur: congruis etiam sum-
ptibus eisdem gratia prebeat.

Fructuosi episcopi de hospitalitate.

Cap. XXXVI.

Hospitibus uel peregrinis fratri-
bus

x 3



bus cum summa reuerētia charitatis & ministracionis obsequia sunt prae-
benda, & ad uesperum lauādi pedes,
& si ex itinere sunt cōfecti oleo perun-
gendi sunt. Lectuaria, lucerna, & strā-
mina mollia exhibenda, & proficien-
tibus iuxta possibilitatem cōnobij ui-
aticum imponendum.

*Cecilij Cypriani, de eleemosina, ex lib. de opere
& eleemosina, Cap. XXXVII.*

- Eccl. 29.** **C**onclude (inquit scriptura) elee-
mosynā in sinu pauperis, & hic
prote exorabit ab omni malo. Et ite-
Prov. 21. rum: Qui obturat aures ne audiat im-
becillū, & ipse inuocabit dominū, &
non erit qui exaudiat eum. Neq; enim
promereri misericordiā domini pote-
rit, q; misericors ipse non fuerit, aut im-
petrabit de diuina pietate aliquid pre-
cibus, qui ad preces pauperis non fue-
rit humanus. Quod itē in psalmis spi-
Psal. 40. ritus sanctus declarat & probat dicens:
Beatus q; intelligit super egenū & pau-
perē, in die mala liberabit eum domi-
nus. Quorū p̄ceptorū memor Dani-
el, cum

el, cum rex Nabuchodonosor aduer-
so somnio territus astuaret, pro auer-
tendis malis ac mitigādis diuina ope
impetrāda remediū dedit, dicens: Prop **Daniel. 4.**
terea rex consiliū meum placeat tibi,
& peccata tua eleemosynis redime, &
iusticias tuas miserationibus paupe-
rum, & erit deus parcēs peccatis tuis.
Cui rex non obtemperans, aduersa q̄
uiderat & infesta perpeffus est, que e-
uadere & uitare potuisset, si peccata
sua eleemosynis redemisset. Raphaēl
quoq; angelus paria testat, & ut elee-
mosynā libenter ac largiter fiat, horta-
tur dicens. Bona est oratio cū ieiunio **Tob. 4.**
& eleemosyna, q̄a eleemosyna à mor-
te liberat, & ipsa purgat peccata. Ostē-
dit orationes nostras ac ieiunia minus
posse, nisi eleemosynis adiuuētur. De
precactiones solas parum ad impetran-
dum ualere, nisi factorum & operum
accessione satientur. Reuelat angelus
& manifestat & firmat eleemosynis
petitiones nostras efficaces fieri, elee-
mosynis uitam de peccatis redimi,
x 4 eleemo



elegmofynis animas à morte liberari.

Cypriani episcopi de patientia, in libro de bono patientia, Cap. XXXVIII.

Patientia autem fratres dilectissimi non tantum bona custodit, sed & repellit aduersa. Spiritui sancto fauens, & coelestibus ac diuinis cohaerens, contra facta carnis & corporis, quibus anima expugnatur & capitur, uirtutum suarum propugnaculo retinetur &c. Late patet patientie uirtus, & ubertas eius ac largitas de unius quod de nominis fonte proficiscit, sed ex abundantibus uenis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consumandam laudem, nisi inde consumptionis accipiat firmitatem. Patientia est, quae nos deo & commendat & seruat. Ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris uolentiam comprimit, incedium similitatis extinguit,

extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in uirginibus beatam integritatem, in uicinis laboriosam castitatem, in coniunctis et maritatis indiuiduam charitatem: Facit humiles ex prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas diu & multum rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passionibus & martyria consumat. Ipsa est quae fidei nostrae fundamenta firmiter ponit, ipsa est quae incrementa spei sublimiter prouehit, ipsa actum dirigit, ut tenere possimus uiam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur: ipsa efficit, ut perseueremus filij dei, dum patientiam patris imitamur.

Basilij episcopi, de humilitate, in libro regulari, Cap. XXXIX.

Humilitas quidem haec est, ut omnes homines aestimemus superiores nobis, secundum definitionem Apostoli, implere autem id possumus



330 SENTEN. PATRVM

Mat. 11. si memores fuerimus domini dicētis:
Discite à me quia mitis sum & humili
lis corde: Quod in multis saepe & o
stendit & docuit, & credere ei debe
mus promittenti, quia qui se humili
auerit exaltabitur. Deinde ut indefi
nenter & absq; ulla cessatione in om
nibus actibus, & in omni negotio hu
miliores cæteris inueniri studeamus,
& in hoc exercitium nostrum ponamus.
Vix enim sic poterimus à nobis
pristinæ arrogantie abolere memoriã,
& affectum humilitatis assumere. Si
cut etiam in artificijs fieri solet, idemq;
modus erit etiam in cæteris uirtutibus
obtinendis, quæ ex mandato domini
nostri Iesu Christi ueniunt.

*Ioannis Constantinopolitani episcopi, de cõpuna
tione in lib. de compunctione cordis,*

Cap. XL.

HOc exposcit à nobis deus, ut sem
per recordemur & ad animum
reuocemus mala nostra, & conscien
tiã gestorũ habeamus ante oculos, ut
pro his

DE OP. REC. ECCL. 331

pro his supplicemus deo, & gehennã
ponamus in conspectibus nostris, &
angelos, qui ubiq; discurrunt & cõ
gregant de omni orbe terrarum eos,
qui tradēdi sunt in gehennam, ac sup
plicijs ignis tradēdi. Ponamus etiam
& illud ante oculos, quanti doloris
est excludi & projici à regno cœlorũ,
quod (ut mihi uidetur) ipsa grauius
est gehenna. Nam etsi ille ignis non
arderet & immortalis illa pœna non
esset parata, hoc solum quod alieni ef
ficimur à Christo, & excludimur à bo
nis æternis nõnne omni pœna cruci
abilius duceretur.

Item ipse, in lib. secundo, Cap. XLI.

SIcut impossibile est ut ignis in
flammetur in aqua, ita impossibi
le est compunctionem cordis uigere
in delitijs. Contraria hæc enim sibi in
uicem sunt & peremptoria. Illa enim
mater est fletus, hæc mater est risus:
illa cor constringit, hæc dissoluit: illa
animæ alas innectit & uolare facit
ad cœlum, hæc plumbi pondus im
ponit



ponit & demergit in infernum. Cordis compunctio, sicut ignis, omne animæ vitium perurit & adimit, quando cunque reperit mala abstergit uniuersa & penitus delet. Concupiscentiarum flamas si inuenerit, ut fluuius inundans extinguit & necat. Curarum multitudines & perturbationes si uideat, ut flagello quodam exturbat & estugat, & procul esse à domicilijs animę iubet. Ac sicut puluis non potest stare ante faciem uenti, ita nihil malorum cogitationum in anima residere potest, ubi cōpunctio cordis adfuerit.

Ioannis Chrysostomi, de confessione peccati.

Cap.

XLII.

Confessio enim pœnitentiã monstrat, pœnitentia satisfactionem ostendit, satisfactio ueniam sibi diuina pietate conciliat. Nec em̄ poterit indulgentia tribui, nisi ira dei possit confessione placari. O ueneranda pietas dei, peccamus & parcit, delinquimus & ignoscit, offendimus, & adhuc placatus existit, unde qualis erga iustos sit mon-

strat dum talem se erga peccatores ostendit. Nec peccator iam poterit excusari qui confessionẽ, per quã uenia nascitur, non improperauit amplecti, quo possit eius gemino crimine detineri, dum primo legem cõtempserit ut delinqueret, & confessionis remedia amplecti noluit ut periret. Rapet tu quisquis es peccator remedia quę peccando diuina contempsisti præcepta, confessio adferat salutem, cui contemptus attulerat mortem.

DE ORATIONE.

Cypriani episcopi de oratione, ex libro de dominica oratione, Cap. XLIII.

Non uerbis tantum, sed & factis dominus orare nos docuit ipse orans frequenter & deprecans, & quod facere nos oporteret exempli sui contestatione demonstrans, sicut scriptum est: Ipse aut̄ fuit secedens in solitudine, & adorans. Et iterum: Exiuit in montẽ *Luc. 9.* orare, & fuit pernoctans in oratione *Mat. 14.* dei. Quod si ille orabat qui sine peccato erat, quãto magis peccatores oportet orare



334 SETEN. PATRVM

ter orare. Et si ille per totā noctē iugi-
ter uigilans cōtinuis p̄cibus orabat,
quāto nos magis in frequētādā orati-
one debemus noctē uigilare. Quādo
aūt stamus ad orationem fratres dile-
ctissimi, uigilare & incumbere ad p̄-
ces toto corde debemus. Cogitatio
omnis secularis & carnalis abcedat,
nec quicquā tunc animus quam id so-
lum cogitet q̄d p̄cat. Ideo & facer-
dos ante orationem p̄fatione p̄-
missa, parat fratrum mentes dicendo:
Sursum corda, ut dū respōdet plebs,
habemus ad dominum, admoneatur
nihil aliud se quā dominū cogitare de-
bere. Claudat cōtra aduersarium pe-
ctus, & soli deo pateat, nec ad se hostē
dei tempore orationis adire patiatur.
Obrepit enim frequenter & penetrat,
& subtiliter fallens preces nostras a
deo auocat, ut aliud habeamus in cor-
de, aliud in uoce, cum intentione syn-
cera dominum debeat non uocis so-
nus, sed animus & sensus orare. Quæ
aūt segnitia est alienari & capi ineptis
cogitatio

DE OP. REC. ECCL. 335

cogitationibus & prophanis, cum do-
minum deprecaris, quasi sit aliud q̄d
magis debeas cogitare, quam q̄d cum
deo loquaris. Quomodo te audiri a
deo postulas, cum te ipse non audias.
Vis esse deum memorē tui cū rogas,
cum tu ipse memor tui non sis. hoc est
ab hoste in totum non cauere, hoc est
quando oras dominum maiestāre dei
negligentiā orationis offendere, hoc
est uigilare oculis & corde dormire,
cum debeat Christianus & cum dor-
mit oculis corde uigilare. Sicut scrip-
tum est ex persona ecclesiæ loquentis
in Cantico canticorum: Ego dormiui *Cant. 5.*
& cor meum uigilat. Quapropter sol-
licite & caute Apostolus admōnet di-
cens: Instate orationi uigilantes in ea,
docens scilicet & ostendens eos impe-
trare quod postulant de deo posse,
quos deus uideat in oratione uigila-
re. Orantes autem non infructuosus, *Col. 4.*
nec nudis precibus ad deum uenia-
mus. Inefficax petitio est cum p̄cat
deum sterilis oratio. Nam cum omnia
arbor



arbor non faciens fructum excidatur & in ignem mittatur, utique & sermo non habens fructum promereri non potest deum, qui nulla operatione secundus est. Et ideo diuina scriptura instruit dicens: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Nam qui in die iudicij premium pro operibus & eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. Sic denique Cornelius centurio cum oraret meruit audiri: Fuit faciens multas eleemosynas in plebem, & semper orans deum huic circa nonam horam oranti assistit angelus testimonium reddens sui operis & dicens: Corneli, orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt ad memoriam coram deo. Cito orationes ad deum ascendunt, quas ad deum merita nostri operis imponunt.

Act. 10.

Isidori episcopi de oratione, Cap. XLIII.

Hoc est remedium eius, qui uitiorum tentamentis exæstuat, ut quotiens quolibet tangitur uitio, totiens ad oratio-

ad orationem se subdat. Quia frequens oratio uitiorum impugnationem exunguit. Tam perseueranter oportet intendere animum nostrum orando atque pulsando, quousque importunas desideriorum carnalium suggestiones, quæ nostris obstrepunt sensibus, fortissima intentione superemus, ac tam diu insistere, quousque persistendo uincamus.

Ioannis Constantinopolitani episcopi, de oratione, Caput XLV.

Oratio ecclesiastica soluit uincula Petri & Pauli, dilatauit predicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinguit. Oratio conclusit ora leonum. Oratio seditionem contempsit. Oratio paradisum aperuit. Oratio cœli cardines reseruit. Oratio sterilem fecundauit. Oratio Cornelij cœlos penetravit. Oratio publicanum iustificauit: & reliqua.

DE IEIUNIO.

Isidori Episcopi ex lib. Sententiarum.

Caput XLVI.

Hoc est perfectum & rationabile ieiunium, quando noster homo
y exterior



exterior ieiunat, interior orat, facilius per ieiuniū oratio penetrat cœlū. Tunc enim homo spiritalis effectus angelis coniungitur, deoq; liberius copulatur. Ieiunia fortia sunt tela aduersus tentamenta dæmoniorū. Cito enim per abstinentiam deumcūtur. Ieiuniū & elemosyna in abscondito se amant, ut solus deus, qui inspicit omnia, meritū bonorum operum rependat. Nam qui ea sub populari manifestatione faciunt, nequaquā à deo iustificantur, quia iuxta sermonem euangelicū, mercedem ab hominibus receperunt. Ieiunia cum bonis operibus deo acceptabilia sunt, qui autē à cibis abstinet & prauè agūt, demones imitantur, quibus nō est esca, sed nequitia semper inest. Ille enim bene abstinet à cibis, qui & à malitiæ actibus, & à mundi ieiunat ambitionibus.

Augustini episcopi de ieiunio,

Caput XLVII.

Ieiuniū uniuersam esse dicimus corporis castigationem. Non est tantummodo ieiunandum à concupiscen-
tiis

tia ciborum, sed ab omni latitia temporalium delectationum.

DE POENITENTIA.

Isidori Episcopi de recordatione peccati,
Caput XLVIII.

Bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secundum psalmographi sententiam: Et psal. 50.
peccatum meum cōtra me est semper. Sicut enim non oportet reminisci peccati affectum, sic semper necesse est suum in deslendo commemorare peccatum. Serui dei tanta debet esse recordatio peccati, ut ea quæ gessit, semper la-
chrymans confiteatur.

*Cypriani Episcopi, de Poenitentia, ex libro
ad Antonianum,*
Caput XLIX.

Miror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis poenitentiam, aut poenitentibus existiment ueniam denegandam, cum scriptum sit: Memento unde cecideris, Apoc. 2.
& age poenitentiam, & fac priora ope-
ra:

y 2 ra:



ra: Quod utiq; ei dicitur, quem constat
cecidisse, & quē dominus hortatur per
opera rursus exurgere quia scriptū est:
Tob. 4. Eleemosyna à morte liberat, & nō uti-
que ab illa morte quā semel Christi san-
guis extinxit, & à qua nos salutaris ba-
ptismi & redemptoris nostri gratia libe-
rauit: sed ab ea quæ per delicta postmo-
dum serpit. Alio item loco pœnitentię
tempus datur, & pœnitentiā non agen-
Apoc. 2. ti dominus cōminatur: Habeo, inquit,
aduersus te multa, quod uxorem Iesa-
bel, que se dicit propheten, sinis doce-
re & seducere seruos meos, fornicari &
māducare de sacrificio, & dedi illi tem-
pus ut pœnitentiam ageret, & pœnite-
ri non uult à fornicatione. Ecce mitto
eam in lectum, & qui cum ea fornicat
sunt in maximam tribulationem, nisi
pœnitentiam egerit ab operibus suis.
Quos utique ad pœnitentiam do-
minus non hortaretur, nisi quia pœ-
nitentibus indulgentiam pollicetur.
Luc. 15. Et in Euangelio: Dico, inquit, uobis,
sic erit gaudium in cœlo super uno
pecca

peccatore pœnitentiā agente, quam
super nonaginta nouem iustos, qui-
bus non est opus pœnitentiā. Nam cū *Sapient. 8*
scriptum sit: Dominus non fecit mor-
tem, nec delectatur in perditione uiuo-
rum, utique qui neminem uult perire,
cupit peccatores pœnitentiam agere,
& p pœnitentiā denuo ad uitā redire.

Gregorij papæ, de pœnitentiā, ex omelia,

Cap. L.

Pœnitentiam quippe agere est
perpetrata mala plāgere, & plan-
genda non perpetrare. Nam qui sic
alia deplorat, ut tamen alia cōmittat
adhuc pœnitentiā agere aut ignorat
aut dissimulat: Quid enim prodest, si
peccata quis luxurię defleat, & tamen
adhuc auaritię ætibus anhelet? Aut
quid prodest, si iræ culpas iam lugeat,
& tamen adhuc inuidiæ facibus tabe-
scat? Sed minus est ualde quod dici-
mus, ut qui peccata deplorat, ploran-
da minime cōmittat: & qui plangit ui-
tium, perpetrare uitia timeat. Nam co-
gitandum summopere est, ut qui se il-
licita

y 3



licita meminit cōmississe, à quibusdam etiam licitis studeat abstinerere, quatenus per hoc cōditori suo satisfaciatur: ut qui cōmissit prohibita, sibi metipsi abscindere debeat etiam cōcessa: & se reprehendat in minimis, quem meminit in maximis deliquisse.

Cypriani episcopi ex libro, de lapsis, Cap. LI.

Confiteantur singuli quæso uos fratres delictum suum, dum adhuc qui delinquit in seculo sunt, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est. Cōuertamur ad dominum mente tota, & poenitentiam criminis ueris doloribus exprimetes dei misericordiam deprecemur. **II** *Iob. 2.* si se anima prosternat, illi mens tota satisfaciatur, illi spes omnis incumbat. Rogare qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini inquit ad me in toto corde uestro, simulque & ieiunio, & fletu, & planctu, & discindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Ad dominum

toto

toto corde redeamus, iram, & offensam eius ieiunijs fletibusque (sicut admonet ipse) placare studeamus.

Ioannis Constantinopolitani episcopi, ex libro de reparat. lapsi de poenitentia,

Cap. LII.

A Reipiamus denuo priora exercitia & negotia que diligenter omisimus, reparemur nos miseri & desides, sed & manus otiosas plaudamus ad pectus, & utinam otiosas & non operantes in penitentiam nostri, quod est utique euidentis insanie. Pepulit nos diabolus, & elisit per peccatum. Oportet & utique resurgere per poenitentiam, & rursum stare contra eum. Nam si semel defectus, & non solum à terra non resurgere, sed & temetipsum uolueris præcipitio dare, hoc est, consensisse aduersario, & partibus eius fauisse. Nam beatus Dauid cecidit eodem casu, quo & tu nunc, & non hoc solum, sed & aliud his addidit grauius. Homicidium enim cōiunxit adulterio. Et quod post hec nunquam permansit iacens, nonne surrexit &

y 4

&



344 SENTEN. PATRVM

& iterum stetit cōtra inimicum, & ita eum subiecit ut etiā post mortem merita eius profuerint posteris suis.

Isidori episcopi, de desperatione peccantium, ex lib. Senten. 2. Cap. LIII.

Non per locorum spatia, sed per affectum bonū uel malum itur recediturū à deo. Neq; em̄ gressu pedum, sed gressu morum elongamus uel propinquamus ad deum. Perpetrare flagitium aliquod mors animæ est, contemnere pœnitentiam & permanere in culpa, descendere in infernum post mortem est. Ergo peccare ad mortem pertinet, desperare uero in infernum descendere. Vnde & scriptura ait: Impius dum in profundum malorum uenerit, cōtemnit. Sape diabolus eos quos cōuertit ad pœnitentiam aspicit immanitate scelerū percussos ad desperationem deducit, ut subtracta spe uenix trahat in diffidentiam, quos nō potuit retinere perseverāter in culpa. Sed pœnitens preuidere debet callidas contra se hostis insidias, sicq;

Proh. 18

DE OF. REC. ECCL. 349

sicq; dei iustitiam metuat, ut tñ quamuis in magnis sceleribus de misericordia eius confidat. Amplius latatur deus de anima desperata & aliquādo cōuersa, quam de ea quæ nunquam extitit perdita. Sicut de filio prodigo, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat, & inuentus est, de cuius regressu magnū fuit gaudiū patris. Nam aliter coram deo & angelis eius copiosius esse gaudium de eo qui à periculo liberat credamus, quam de eo qui nunquam nouit periculum peccati. Quanto em̄ magis contristat res perdita, tanto magis si fuerit inuenta latificat. Sicut in euangelio pastor ille exultat, qui perditam ouem inuentam humeris suis gaudens reportat.

Hieronymi presbyteri. Cap. LIII.

Nemo de domini indulgentia dubitet, nemo desperet. Ad hoc enim missus aduenit, ut peccatores confitentes non perderet, sed saluaret.

y 5

Chrysofo



Crysofomi unde supra ex libro de reparat.
lapsi Caput. LV.

Donec enim sumus in hac uita,
quantacumq; nobis acciderint
peccata possibile est ablui omnia per
pœnitentiam, cum aut adducti fueri-
mus ab hoc seculo, ibi etiam si pœnitet
nos (& ualde em pœnitebit) sed nulla
erit utilitas pœnitentię. Et licet sit strid-
or dentiũ, licet ululatus & fletus, li-
cet fundamus preces, innumeris obse-
crationibus, etsi pclamemus, nemo au-
diat, nemo subueniet, sed ne extremo

Luc. 16. qdem digito aqua quis infundet lin-
guę nostre posite in flãmis: Sed audie-
mus illud qd diues ille audiuit ab Ab-
rahã: Quia Chaos magnũ confirma-
tũ est inter nos & uos, & neq; hinc il-
luc transiri potest, neq; inde huc. Re-
spiciamus ergo tandẽ queso te frater,
& dominũ nostrũ Iesum Christũ tan-
quã serui boni & utiles requiramus:
ne desperemus dum in hac luce uiui-
mus ueniam nos posse per pœniten-
tiam promereri, in infernum tantum
(ut dixi-

(ut dixi mus) pœnitentię medicamen-
ta non proderunt. In hac uero luce po-
siti, & iam si in extrema ætate adhibe-
as, si in ultima senectute (mihi crede)
curaberis. Ideo denique diabolus om-
nia mouet & agit ut animum nobis de-
sperationis inducat. Scit enim qd uel
si paruo tempore quis pœnitentiam
gerat, quamuis sit breuis, non erit ta-
men infructuosa conuersio.

DE CORREPTIONE
subditorum.

Gregorij papę in extrema parte Ezechiel. omel-
lia IX. qualiter custodia & discretio disciplina &
rectore sit tenenda. Cap. LVI.

Fortasse autem de custodia disci-
pline sermo doctoris, & sepe cõ-
tingit ut discipline regulã, q̃ scit dice-
re, nesciat tenere. Quia aut nimio zelo
motus minus se per mansuetudinẽ tẽ-
perat, aut nimia mansuetudine placi-
dus, minus se contra uitia in zeli stimu-
lo inflãmat. Magna em consideratio-
ne debemus pensare quod scriptũ est:
quia



quia in uasis templi inter coronas & plectas, boues, leones, & cherubin sculpra sunt, & subter boues et leones lora dependētia. Coronę qppe signū uictorię, plectę autē concordię unanimitatem signant: cherubin uero plenitudo scientię dicuntur. Sacerdotes em̄ atque doctores inter coronas & plectas, id est, inter fortitudinem boni operis, quo ad uictoriā currunt, & charitatis concordiam qua à se uicissim non discrepant, per boues, leones, atque cherubin designati sunt, quia in plenitudine scientię quam habent necesse est ut & bouum mansuetudinem teneant & feruorem leonum, quatenus in disciplina quā predicant & ex sancto zelo accensi sint, & ex paterna dulcedine tranquilli. Quibus subter se lora dependeant, ut disciplinę suę retinacula, quibus ipsi ligati sunt, etiam subiectis suis sollicitè impendant. Subter eos enim lora dependere est, custodię uincula subditis tenere. Quę tunc recte seruantur, cum nec bouum mansuetu-

mansuetudo in zeli feruore amittitur, nec leonum terror in mansuetudine declinatur. Tanta quippe debet esse discretio, ut nec disciplina nimia, nec misericordia sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur, is qui est culpabilis in reatu grauius astringat. Et rursus si culpa immoderate retinetur, tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga se nil ex benignitatis gratia agi cōsiderat. Exhibenda itaq; prauis est asperitas in ostensione, charitas in mente, ut & dura ostensio delinquentem coërceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis nō omittat. Ecce dum loquor Ioseph animum pulsatur, ut ad ostendenda quę dico ipse testis ueniat. Certe somnium quod de prouectu suo uiderat fratribus narrans per hoc quod innocenter retulit malitię contra se stimulos excitauit. Ab eisdē fratribus Ismaēlitis est uēditus in Aegyptum ductus, mira omnipotentis domini dispensatione eidem ægypto prelatus est. Cumq; in terra Chanaan

fames



fames exurgeret, fratres ad Aegyptū
ueniunt, Ioseph prelatum aegypto rep
pererūt, eumq; summissis ad terrā cer
uicibus adorauerunt, & quia mutari
dei consilium non ualet, quem ideo
uendiderāt ne adorarent, adorauerūt
quia uendiderūt. Tunc ipse uir dei spi
ritu discretionis plenus cognouit fra
tres nō cognitus, sed memor culpæ &
remissor iniurię mala fratrum nec red
dere studuit, nec sine purgatione laxa
re. Nam suspecta uoce protinus dixit:
Exploratores estis uos & ut uideatis
infirmiora terræ uenistis: Iam nūc ex
perimentū uestri capiam. Per salutem
Pharaonis non egrediemini hinc. O
iaculum in corde. Peregrini uenerant,
famis periculum fugiebant, frumenta
quæ quarebant non acceperant, & fe
riri se insuper obiectione criminis ui
debant. Inter hæc ducuntur ad carcerem,
& post triduū educi adhuc in ea
dē asperitate terrent. Iam redit ad cor,
iam culpę memoria pulsatur animum,
atq; inter se inuicem loquunt. Merito
hæc

Gen. 42.

hæc patimur, quia peccauimus in fra
trem nostrū uidentes angustiam animæ *Ibidem.*
illius dum deprecaretur nos & non au
diuimus, idcirco uenit super nos ista
tribulatio. In his autem cor Ioseph a
more uincitur, secessum petit, soluit
flendo quod pietati debuit, seuerus ad
fratres reuertitur, ut cruciatus eorum
animas à culpa liberet. Post hæc unus
religatur in uinculis, dimittuntur cete
ri cum frumētis, ut unus frater ueniat,
q̄ minimum se habere dixerāt. Venit
postmodum frater. Vincebat mentem
pietas cum frater innocens uideretur,
sed p̄manebat in ostensione asperitas,
ut fratres noxi purgarent. Frumenta
danē, ciphus in sacco iunioris fratris
abscondit, furti post eos questio mo
uet, mittit ut reducant, additi in serui
tutē decernit apud quē ciphus fuisset
inuētus, in sacco ultimi fratris inuenit.
Tūc Benjamin reducit, afflicti omnes
fratres sequunt. O tormēta misericor
diæ, cruciat & amat. Reuersi igitur in
terrā cum lachrymis prostrati ueniam
postulant.



postulant. Memores enim quid de illo patri promiserant, mœrori intolerabili tabescebant. Tunc se ultra cohibere nō ualens pietas clausa prorupit ad medium, & excussit charitatis lacrymas de uultu seueritatis. Deteresa est ira quæ apparebat & nō erat, ostensa misericordia quæ erat & non apparebat. Sic uir sanctus facinus fratrum & dimisit & uindicauit, sic in uigore clementiam tenuit, ut delinquētibz fratribz nec sine ultione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinæ, ut culpas & discrete nouerit parcere, ac pie refecare. Qui autem spiritum discretionis non habent, aut sic dimittūt peccata ut non corrigāt, aut sic quasi corrigendo feriunt ut non dimittant. Inter hæc sollicita circumspectione prouidendum est, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Hinc Dauid ait:

Psal. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimus, baculo sustentamur. Si ergo est districtio

ctio uirgæ quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet. Sit itaq; amor sed non emolliens, sit uigor sed nō exasperans, sit zelus sed non immoderate seuiens. Sit pietas, sed non plus quàm expediat parcens, ut dum in arce regiminis iustitia clementiaq; permiscetur, is qui præest corda subditorum, & terrendo demulceat, & tamen ad terroris reuerentiam demulcendo cōstringat.

Prosperi, de discretione disciplinæ, ex lib.

de contemplatiua uita,

Caput LVII.

ECclesiæ quippe datoribus & censura inesse debet ut arguant, & patientia ut emendari nolentes fortiter feriant, apostolico satisfaciētes imperio, qui Timotheo præcipit, dicēs: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quasi diceret, argue coequales, obsecra seniores, increpa iuniores. Sed propterea addit in omni patientia & doctrina, quia leniter castigatus exhibet reuerentiam castiganti, asperitate autem minimæ increpationis offensus,

1. Tim. 4.

z sus,



Rom. 15.
sus, nec increpationem recipit nec salutem. Item alio in loco idē apostolus dicit: Vos qui firmiores estis imbecillitates infirmorū sustinete. Sustinent equanimiter ut infirmos, quos emēdare nō potuerūt castigatos. Proinde quia nec obiurgari omnes expedit, nec omnes blande tractari, sciunt sancti doctores atq; discernunt quos debeant temperata seueritate corripere, & ideo omnium quos per dei gratiā curant non uoluntati, sed utilitati prospiciunt. Deniq; alios honorem deformiter ambientes, quibus non expedire nouerunt, non uitio alicuius inuidiā, sed altæ prudentiæ consilio prætermittūt, & alios latere cupientes honorant, ut eis aditum ad maiores prouectus aperiāt. Eos, quos probant increpationē posse pati, castigant & impatiētes obiurgationis ut languidos palpant, non eis adulando quod tales sunt, sed infirmitatibus talibus compatiendo, si forte aliter sanari non possunt.

Augustini

Augustini Episcopi, de discretionē discipline, ex libro de fide & operibus,

Cap. LVIII.

NEc contrarius est. Apostolus domino qui dicit: Peccātes, coram omnibus argue, ut ceteri timorē habeant, cum ille dicit: Corripe eum inter te & ipsum. Vtrunq; enim faciendū est sicut infirmitatis diuersitas admonet eorum, quos utiq; nō perdendos, sed corrigendos curādosq; suscipimus, & alius sic, alius autē sic sanāus est. Ita etiā est ratio dissimulandi & tolerandi malos in ecclesia, & est rursus ratio castigandi, corripiendi, non amittendi, uel a communione remouendi.

Casarij Episcopi de discretionē discipline,

Caput LIX.

Qui enim in se omnibus peccantibus clementer indulserit, nullius peccati uestigiū in illius anima remanebit. Attendite fratres & diligenter considerate quod dixi, qui in se peccanti indulserit: nō enim dixi, quod qui in domino peccauerit ipsi debeas indulgere,

z 2 sed



sed qui in te peccauerit, illi debeas ueniam dare. Quod peius est, aliquoties qui in nobis peccauerit, aut tarde aut difficulter ueniā damus, qui in deū deliquerit celeriter indulgemus. Sed si uolumus iuste agere, illi qui in deū peccauit sine seuerissima distractione nō debemus penitus indulgere, ne dū illi per indiscretā pietatē remittitur exemplū perditionis alijs tribuat: In sua se ergo uniusquisq; ostendat esse clementem, quia dñs dixit: Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet uobis pater uester coelestis peccata uestra. Quādo uero in dominū aliquis peccatū presumpsit cōmittere, distractionē debet pastoralē sustinere, & hoc bono & pio animo debet fieri, ut per spiritalē castigatiōnem, ita corrigat in hoc seculo, ut nō pereat in futuro. Quoniā omne peccatum quod in hoc mūdo nō corrigit, in futuro seculo puniet. Sic em̄ de filio uel de seruo scriptura diuina cōmemorat: **Pro. 23.** Tu, inquit, uirga eū cedis, & animā illius de inferno liberabis.

Beati

Beati Benedicti abbatis, unde supra.

Cap. LX.

IN doctrina namque sua rector apostolicā debet illam semper formam seruare, in qua dicit: Argue, increpa, obsecra, id est, miscens tēporibus tēpora, terroribus blandimenta, durum magisterium pij patris ostendat affectum, id est, indisciplinatos & inquietos debet durius arguere, obediētes autem, & mites, & patientes, ut in melius proficiant obsecrare. Negliētes autem & contemnentes, ut increpet & corripiat admonemus. Neq; dissimulet peccata delinquentiū, sed mox ut coeperint oriri radicitus ea, ut preualet amputet, memor periculi Ely sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intelligibiles animos prima uel secunda admonitione uerbis corripiat, improbos autem & superbos ac durtos uel inobediētes uerborū uel corporis castigatione in ipso initio peccati coërceat, sciens scriptū: **Prou. 18.** Percute **23.** bis non corrigitur. Et iterum: Percute

23 filium



filium tuū uirga & liberabis animam eius à morte. Meminisci debet semper & scire, quia cui plus committit̃, ab eo plus exigit̃, sciatq; quam difficilem & arduam rem suscipit, regere animas & multorū seruire moribus: Et alium qdem blandimētis, aliū uero increpationibus, aliū suasionibus, & secundū uniuscuiusq; qualitatē uel intelligentiā, ita se omnibus cōformet & aptet.

Gregorij Nazianzeni episc. quod rector pro subditorū iniquitate si non coërceat, damnandus sit. Cap. LXI.

Porro filij Ely diuina sacrificia temerantes peccabant corā domino, & deridebant per eos multi sacrificiū dei. Vnde & Ely sacerdos pro eorum iniquitate damnatus est, qđ eos peccātes minus seuera animaduersione plectebat. Miserrime qdem coërcuit & corripuit, sed lenitate & māsuitudine patris, nō seueritate & autoritate pontificis. Qua sententiā discant rectores quomodo ipsi propter peccata filiorū, id est, propter scelera populi puniantur,

antur, quicq; etiā quamuis sancti sint, culpæ tamen subditorū eisdem, si non coërceant, reputantur.

Gregorij papæ ut rector indiscrete soluere timeat uel ligare. Cap. LXII.

SAepe agitur ut uel damnet immites, uel alios ipse ligandos soluat. Sepe in dissoluendis subditis suæ uoluntatis motus, non autē causarum merita, sequitur, unde fit ut ipsa ligandi & soluendi potestate se priuet qui hęc pro suis uolūtatibus & nō pro subiectorum moribus exercet. Sæpe fit ut erga quemlibet proximum odio uel gratia moueatur pastor. Iudicare autē digne de subiectis nequeunt, q̃ in subditorū causis sua uel odia uel gratiam sequunt̃. Mortificabāt animas q̃ non moriunt̃, & uiuificabant animas quæ non uiuunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum damnat, & non uicturum uiuificare nititur, qui reum supplitio absoluere conatur. Cause ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi atque soluendi potestas exerēda. Videndum



dum quæ culpa, aut quæ sit pœnitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens deus per compunctionis gratiam uisit, illos pastoris sententiam absoluat. Tunc enim uera est absolutio presidentis cum interni arbitrium sequitur iudicis. Sub magno moderamine pastores ecclesiæ uel soluere studeant uel ligare, sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia & alia culpa mereat. Pastor ergo uel absolueret indiscrete timeat uel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est ligari timeat uel iniuste, ne pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa que non erat fiat.

Gregorij papa, qualiter rector erga subiectoria uitia sollicitum se reddat. Cap. LXIII.

SCiendum quoque est quod aliquando subiectorum uitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda. Aliquando & aperte cognita mature toleranda. Aliquando uel

do uero subtiliter & occulte perscrutanda. Aliquando leniter arguenda, aliquando autem uehementer increpada. Nonnulla quippe (ut diximus) prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda, ut cum delinquens & deprehendisse se cognoscit, & perpeti has, quas in se tacite tolerare considerat, augere culpas erubescat, seseque iudice puniat quod sibi apud se rectoris patientia clemens excusat, quia scilicet dissimulatione bene Iudæam dominus corripit cum per prophetam dicit: Mentita es & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo quia ego taces & quasi non uident. Et dissimulauit ergo culpas & innotuit, qui & contra peccantem tacuit, & hoc ipsum tamen quia tacuerat dixit. Nonnulla autem uel quia aperte cognita mature toleranda sunt, cum uidelicet uerum minime opportunitatis congruit ut aperte corrigantur. Nam secula imature uulnera deterius inferuescunt, & nisi cum tempore medicamenta conueniant,



ueniant, constat proculdubio qđ me/
dēdi officiū amittāt. Sed cum tempus
subditis ad correptionē quæritur sub/
ipso culparum pondere patientia re/
ctoris exercetur. Vnde bene per psal/
mistā dicit: Supra dorsum meū fabrica
uerūt peccatores. In dorso quippe one/
ra sustinemus. Supra dorsum igitur suū
fabricasse peccatores quæritur, ac si
aperte dicat, quos corrigere nequeo,
quali superimpositum onus porto.

Psal. 128

Nonnulla autē sunt subtiliter & occul/
te pscrutāda, ut quibusdā signis erum/
pētibus rector in subditorū mēte om/
ne qđ clausum latet inueniat, & inter/
ueniēte correptionis articulo ex mini/
mis maiora cognoscat. Nonnulla autē
sunt leniter arguēda. Nam cū nō mali/
tia, sed sola ignorantia uel infirmitate
delinquūt, pfecto necesse est ut mag/
no moderamine ipsa delicti correptio
temperetur. Cuncti quippe quousq;
hac mortali carne subsistimus, corrup/
tionis nostræ infirmitatibus subiace/
mus. Ex se ergo debet quisque colli/
gere

gere qualiter alienæ hūc oporteat im/
becillitati misereri, ne cōtra infirmita/
tē pximi si ad increpationis uocē fer/
uētius rapit, oblitus sui esse uideatur.
Nonnulla autē sunt uehemēter increpā/
da, ut cū culpa ab autore nō cognosci/
tur, quāti sit pōderis, ab increpātis ore
sentiat. Et cū sibi qđ malū qđ ppetra/
uit, ligauit, hoc contra se grauiter ex/
corripētis asperitate pertimescat. De/
bitum quippe rectoris est patriæ glo/
riam per uocem prædicationis osten/
der e: quanta in huius uitæ timere ten/
tamēta antiq; hostis debeant, aperire
& subditorum mala quæ tolerari leni/
ter non debent, cum magna zelī aspe/
ritate corrigere. Et si minus contra cul/
pam accenditur, culparum omnium
reus teneatur.

Isidori episc. ex lib. senten. Cap. LXIII.

Qui docendi accipit officium in/
terdum ad tempus facta pximi
taceat, quæ statim corrigere nequa/
quā existimat. Nā si corrigere potest
& dissimulat, uerū est qđ consensum
erroris



erroris alieni habeat. Pleriq; sancti doctores pro mali p̄natiā, quia iniquos emendare nequeunt his tacere disponunt, sed calorem spiritus, quo aguntur, ferre non sustinentes, iterum ad increpationem prosiliunt impiorum.

Isidori episcopi, ex lib. sentent. Cap. LXV.

Rectores populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testante domino ad prophetam.

Exech. 33 Speculatorem dedi te domui Israēl. Si non fueris locutus ut custodiat se impius à uia sua, ille in iniquitate morietur, sanguine uero eius de manu tua requiram. Si em̄ Ely sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est, & licet eos delinquentes admonuit, sed tamen non ut oportebat redarguit. Rectores exquirere debēt peccata populorum, & sagaci sollicitudine unumquemque probare, iuxta testimonium domini

Hier. 6. ad Hieremiam dicentis: Probatorem, inquit, dedi te populo meo robustū, & sciens, & probabis uias eorum. Rectores

tores igitur studio corrigendi facta perscrutare debent subiectorum, ut emendatos lucrefacere possint.

Ioannis Chrysostomi de pœnitentia & Satisfactione, Cap. LXVI.

Beatus Ioannes præcursor domini nostri, cui nemo maior inter natos mulierum, de quo propheta dixerat: Ecce ego mitto angelum meū *Malach. 3* ante faciem tuam, hanc primā uocem emisit dicens: Pœnitentiam agite, ap- *Mat. 3.* propinquabit enim regnū cœlorum; unde aduertimus Christum fuisse locutum. Per ipsum ergo dilectissimi uina nobiscum omnes suscipite in præcordijs uestris misericordiam domini nostri dicentis: Pœnitentiam agite, ap- propinquabit em̄ regnum cœlorum. O dulcedo ut nihil inter pœnitentiam & regnum cœlorum sit intermedium. Agamus ergo pœnitentiam à facinoribus nostris, & in puncto patebit nobis regnum cœlorum. Sic ait beatus propheta: Desinite à malitijs uestris et *Isaie 1.* discite bonum facere. Peccata enim uestra



uestra inter uos & deum separant. Ergo si inter deum & hominem peccata separant, tollantur per pœnitentiam è medio peccata, & homo coniunctus est deo, instruente & docete Apostolo. Qui aut̃ adhæret domino unus spiritus est. Sed dicit aliquis, quomodo è medio tollere possum peccata? Audi præcursoꝛẽ domini uociferantẽ & doctẽ: Facite fructus dignos pœnitentie. Iam em̃ securis ad radices arborũ posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ excidetur & in ignem mittetur. Et qui sunt fructus digni pœnitentie nisi ut facias quæ contraria sunt peccato? Seruiebas idololatriæ uel demonibus, nunc iam cum seruis, serui deo per fidem. Eras adulter, nũc è contrario esto pudicus. Ebrietati eras deditus, nunc sobrietatis obtine locum. Eras fraudulentus & raptor, nunc esto fidelis & largus. Eras tumidus & superbus, modo esto mansuetus & mitis. Auarus eras & mendax, nunc esto pius & uerax. Ecce qui sũt

Mat. 3.

sint fructus digni pœnitentie, ut qui ante agebas contraria deo, modo contraria agas diabolo, secundum sententiam domini nostri dicentis: Nec ego *Ian. 8.* te condemnabo, uade & noli iam amplius peccare. Et iterum ait: Remittuntur *Luc. 7.* ei peccata multa, quia dilexit multũ.

Isidori episcopi, de delinquentibus,

Cap. LVII.

SI quis in aliquo leui delicto turbans oberrauerit, semel atq; iterũ admonendus est, qui si post secundam admonitionem à uitio fuerit nequam emendatus, congrua facti sui animaduersione coërceatur. Peccantem nullus occultet. Criminis est enim consensus post secundam admonitionem celare quempiam peccatorem. Si quis sapius peccatẽm uiderit, prius hoc uel duobus demonstrat fratribus, quorum testimonio possit conuinci, si negauerit qui deliquit. Peccatum palam commissum, palam est arguendũ, ut dũ manifeste peccas emendatur



datur, hi qui eum in malū imitati sunt, corrigantur. Sicut enim unius delicto multi pereunt, ita unius emendatione plerumq; multi saluātur. Qui uero in fratre peccauerit, si statim reminiscēs ad ueniam poscendam fuerit inclinatus, percipiat ab eo indulgentiam, cui cognoscitur intulisse iniuriam. Qui autem aut non petit, aut non ex animo postulat, in collatione deductus iuxta excessum iniuriæ, congrue subiaceat discipline. Qui sibi inuicem cōuitia obijciunt, si iterum inuicem sibi celeriter laxanda ignoscunt, hij etiam ab alio iudicandi non sunt. Quia pariter sibi ueniam dare festinauerūt: si tamen excedere in semetipsis frequentius non presumunt. Qui sponte culpam confitetur quam gessit, ueniam promereri debet quam expetit. Oref igitur pro eo qui confessus est, si leuis culpa est postulata indulgentia prebeatur. Si graui uitio saepe excōmunicatus negligit emendari, tam diu damnationi subiaceat, quousque uitia inolita deponat

deponat: ut quem semel illata animaduersio non coërcuit, frequens seueritas censeat emendandum.

*Isidori Episcopi de delictis,
Caput LXVIII.*

Delicta autē aut leuia sunt aut graua. Leuioris culpe reus est, qui otiosus esse dilexerit, qui ad officium, uel ad collationem, uel ad mensam tardius uenerit, qui in choro riserit, fabulis uacauerit. Qui relicto officio uel opere extra necessitatis causam foris discesserit. Qui torporem & somniū ama uerit. Qui sepius iurauerit, qui multiloquus fuerit. Qui ministeriū cuiuslibet operis iniunctum sibi sine benedictione susceperit, aut peracto opere benedictionem minime postulauerit. Qui iniunctum opus negligenter uel tardius expleuerit. Qui seniori inobediens fuerit, qui contumaciter seniori responderit, qui erga seniore linguam non represserit, qui lasciuus in lingua fuerit. Qui inhoneste incesserit, qui iocauerit, qui cum excōmunicato locutus fuerit,



fuerit, orauerit, comederit. Qui illuſio-
nem nocturnam patri non patefecerit.
Hęc igitur & his ſimilia tridua-
na ex cõmunicatione emendãda ſunt. Gra-
uioris autem culpe obnoxius eſt, ſi te-
mulentus quiſquam ſit, ſi diſcors, ſi tur-
piloquus, ſi ſceminarũ familiaris. Si ſe-
minas diſcordias, ſi iracundus, ſi alte &
erectæ ceruicis, ſi mēte tumidus, uel ia-
ctanti inceſſu immoderatus, ſi detra-
ctor, ſi ſuſurro uel inuidus. Si præſum-
ptor rei peculiaris, ſi pecuniæ contagio
implicatus, ſi aliquid præter regulæ di-
ſpenſationem ſuperfluum poſſidens.
Si fraudator rei acceptę, aut cõmiſſę. In-
tra ſe ſi de rebus ſecũ allatis extollerit,
uel de his per inobedientiam murmu-
rauerit. Si rei maioris damnum intule-
rit. Si furatus fuerit, ſi periurauerit, ſi fal-
ſum dixerit, ſi cõtentiões uel rixas ama-
uerit. Si manifeſtũ cõuĩtium fratri intu-
lerit. Si perſonam innocentis falſo cri-
mine maculauerit. Si cõtumaci animo
ſeniores deſpexerit. Si rancorem ad-
uerſus fratrem tenuerit. Si peccãti in ſe
&

& poſtea ſupplicanti ueniam non con-
ceſſerit. Hęc & his ſimilia iuxta arbitri-
um patris diuturna ex cõmunicatione
purganda ſunt, ut qui grauiter peccare
noſcũtur, acriori ſeueritate coërceantũ.

*Casiani preſbyteri, de regulis diuerſa-
rum correptionum,*

Cap. LXIX.

SI quis gillonem (quem illi bauca-
lem nuncupant) caſu aliquo frege-
rit non aliter negligentiam ſuam, quã
publicam diluit pœnitentiam cũ cõiſcũ
in ſynaxi fratribus cõgregatis, tam diu
proſtratus in terram ueniam poſtulabit
donec orationum conſumetur ſolenni-
tas, impetraturus eam cum iuſſus fuerit
ab Abbatis iudicio de ſolo ſurgere. Eo-
dem modo ſatisfaciet quiſquis ad opus
aliquod accerſitus, uel ad congregatio-
nem ſolito tardius occurrit, & ut ſi de-
cantans pſalmum uel modicum tituba-
uerit. Similiter ſi ſuperfluo, ſi durius, ſi
contumacius reſponderit, ſi negligenti-
us obſequia iniuncta compleuerit, ſi
uel leuiter murmurauit. Si lectionem
aa 2 operi



operi uel obedientię præferens officia & statuta tardius fuerit executus. Hucusq; & in huiusmodi ac similibus admissis procedit animaduersio spiritalis. Residua uero, que apud nos indifferenter admissa, à nobis quocq; reprehensibilis sustinentur, id est, aperta conuicia, manifesti cõtemptus, contradiccionis tumide, libera & effrenata processio, familiaritas apud foeminas. Iræ, rixæ, simultates & iurgia: operis peculiaris præsumptio, philargyræ contagio, affectus atq; possessio rerum superfluarum, que à ceteris fratribus nõ habentur. Extraordinaria ac furtiua cibi refectio & his similia. Nonnulli increpatione qua diximus spiritali, sed uel plagis emendantur, uel expulsionem purgant.

Fructuosi Episc. de culpat. Cap. LXX.

Quisquis frater pro qualibet negligentia uel reatu arguitur uel excommunicatur, & tamen humiliter ueniã petit uel cõfitetur lachrymabiliter, cõgrua ei remissionis uel indulgentię medela tribuat. Procaci aut & per-

sistenti

sistenti atque superbo, uel controuersiam deneganti amplior & districtior animaduersio flagellorumque poena irrogabitur.

Basilij episcop. Cap. LXXI.

Interrogatio. Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres, ad emendationem eorum qui delinquent?

Benedicti abbatis, Cap. LXXII.

Responsio. Secũdum modum culpæ & excõmunicationis uel disciplinæ debet extendi mensura, qui culparũ modus in Abbatis pendet iudicio.

De grauioribus culpis, Cap. LXXXIII.

Circa uicia Paulus in epistola ad Galatas enumerat dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, iræ, rixæ, dissensiones, secte, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes, & his similia, que prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non cõsequentur. Et eos

Galat. 6.

aa 3 qui



qui talibus sunt uitijis implicati idem
Apostolus in epistola ad Romanos
blasphematur dicens: Repletos omni in
iquitate, malitia, fornicatione, auari-
tia, nequitia, plenos inuidia, homici-
dijs, cōtentione, dolo, malignitate. Su-
furrōnes, detractores, deo odibiles, cō-
tumeliosos, supbos, elatos, inuētores
malorū, parētibz nō obediētes, incō-
positos. Sine affectione, absq; fœdere,
sine misericordia, qui cum iustitiam
dei cognouissent, non intellexerunt,
quoniam qui talia agunt digni sunt
morte non solum qui faciunt ea, sed
& consentiunt facientibus.

Beati Ferreoli presbyteri, Cap. LXXIII.

FVrti consciū (sic adhuc uocare
monachū possumus) quasi adu-
terū secundū, flagellis subdi & magna
conteri afflictione iubemus, dantes il-
li unam cum fornicante sententiā,
quā & ipse luxuriatus est cum furare-
tur: Si quis uero monachus furtum fe-
cerit (quod potius sacrilegiū dici po-
test)

test) id censuimus ordinando ut iuni-
or uirgis castus tanti criminis reus nū-
quam officium clericatus excipiat. Si
uero iam clericus in eo facinore fuerit
deprehensus, nominis ipsius dignita-
te priuet cui sufficere potest pro actus
sui leuitate impleta pœnitentiæ satis-
factione communitio.

Basilij episcopi, Cap. LXXV.

PRæter illum cui creditum est re-
quirere operātes (id est, ad quem
p̄tinet opus dispēsationis) nō oportet
si quis alius inuentus fuerit, hoc faciēs
tanquā inturbans disciplinā & or-
dinem fratrum, à communi conuentu
excludat, & omnino etiā à licitis pro-
gressibus inhibeat. Et sedēs in uno lo-
co in quo iudicauerit, is q̄ p̄est apto
ad correptionē & uindictā nusquam
prorsus p̄mittatur abscedere, sed urge-
at in opus multo plus q̄ consuetudo
est, & quotidie exigat usquequo di-
scat implere quod Apostolus dixit:
Vnusquisque in quo uocatus est, in
eo permaneat.



Pacomij. Cap. LXXVI.

SI uestimentū ad solem expansum tertius inuenerit dies, dominus uestimenti pro eo increpabitur, & aget pœnitentiam publice in collecta, stabitq; in uescendū loco. Pellicula, & gallice, & cingulum, & si quid aliud perierit qui perdidit increpabitur.

Cypriani episcopi, in lib. de lapsis,

Cap. LXXVII.

Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi formam subministrat, nec comprimit delicta ille, sed nutrit. At qui consilijs fortioribus redarguit simulatq; instruit fratrem promouet ad salutem. Quos diligo, inquit dominus, redarguo & castigo. Sic oportet domini sacerdotem, non obsequijs decipiētibus fallere, sed remedijs salutaribus prouidere. Imperitus est medicus, qui tumentes uulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus uiscerum uirus inclusum, dum seruat, exaggerat. Aperiendum est uulnus & secandum,

dum, & putredinibus amputatis melius dela fortiore curādū. Vociferet & clamet licet, & conquerať ager impatiēs per dolorē, gratias aget postmodum, cum senserit sanitatem.

Ioannis Constant. episcopi, de grauioribus leuioribusq; peccatis, Cap. LXXVIII.

Beatus Paulus apostolus ait: *No* 1. Cor. 5.
lite seduci, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnum dei possidebūt. In quo ostendit quia sub generalibus nominibus uitiorum, multe species peccatorū pariter concluduntur. Et siue fatuum qd dixerit, siue uanum, siue latronem, seu quolibet alio nomine iniuriam uel maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horum uocabulo sub maledicti titulo gehennæ ignis supplicio condemnatur. Fatue enim & racha quod ait, hoc est, quod ostendit, quia nec leue quidem & minimum in fratre collatum



conuictum relaxabitur, atq; ob id de leuioribus sententiam dedit Christus ut de grauioribus dubitare nõ debeat.

Hieronymi presbyteri,

Cap. LXXIX.

ARgue peccantes, contestare ne peccent, increpa resistentes, sed hæc omnia cum patientia, & secundũ doctrinam.

Basilij episcopi, Cap. LXXX.

SI quia habeat aliquod uitium qd corrigere non potest, & frequenter notatus in peius proficit, si expedit illum intermittis *Responsio.* Et de hoc alibi iam diximus. Quia oportet peccantes corripere patienter secundũ eum, quẽ supra ostendimus modũ à domino positũ, quod si non sufficit ei ad emendationem, sicut illi Corinthio, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, sicut gentilis de reliquo & publicanus haberi debet, qui eiusmodi est. Quia ei parcere quem dominus condemnauit nulli tutum est, maxime cum

me cum dominus dicat: Quia expedit *Mat. 9.* unicuiq; ut unum oculum aut unam manum, aut unum pedem perdat, & ita intret in regnum, quam, dum parcit uni ex his membris, totum corpus mittatur in gehennam ignis, ubi est fletus & stridor dentium. Sed & Apostolus de his ipsis testat, quia modicũ *1. Cor. 5.* fermẽtum, totam massam corrumpit.

In regulam patrum,

Cap. LXXXI.

FRater qui leuem culpam habuerit, & post primam, secundam, & tertiam monitionem de unoquoque uitio non emendauerit à mensa excommunicetur non ab oratorio, quæ excommunicatio tam diu in offensa permaneat, quam diu ab eo humilitatis satisfactio humiliato ad genua capite se de cætero promiserit emendare. Qui uero frater grauem culpam admisit ipse ab utroque excommunicetur, id est, ab oratorio & à mensa, & non ipse ad indulgentiam maioris perueniat, nisi ante limen oratorij prostratus



fratus lachrymabili uoce usque ad emendationem satisfecerit.

Item ex eodem libro, Cap. LXXXII.

EXcōmunicati uero fratres si ita superbi extiterint, ut in superbia cordis perseverantes satisfacere rectori noluerint, custoditi, usque ad necem cedantur uirgis, & si placuerit rectori de congregatione expellantur. Quia talis uita necessarios non habet corporales, uel societas fratrum quos in anima superba possidet mors. Nam merito tales debent plagis macerari & expelli, qui esse cum Christo humilitatis domino non merentur, sed sint à perpetuis promissis dei cum autore suo diabolo separati, qui de coelorum regnis, propter superbiam suam proiectus est.

Isidori episcopi, ex libro sententiarum quarto, Cap. LXXXIII.

Qui blando uerbo castigatus non corrigitur, acriter necesse est ut arguatur. Cum dolore enim abscondenda sunt quae leniter sanari non possunt. Qui admonitus secrete corrigi de

gi de peccato negligit, publice arguendus est: ut uulnus quod occulte sanari nescit, manifeste debet emendari. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Palam enim sunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta obiurgatione sanantur, hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur, dum unus corripit plurimi emendantur. Necesse est enim ut pro multorum saluatione unus condemnatur, quam per unius licentiam multi periclitentur.

Pacomij abbatis, Cap. LXXXIII.

SI quis tulerit rem non suam, ponatur super humeros eius & ager poenitentiam publice in collecta, stabitque in uescendi loco. Si inuentus fuerit unus est fratribus aliquid per contentionem agens uel contradicens maioris imperio increpabitur iuxta mensuram peccati sui. Qui meretur aut odio quae quam habere fuerit deprehensus, aut inobediens aut plus ioco, quam honestum est, deditus, aut otiosus, aut dure respondens, aut habens consuetudinem fratribus



382 SENTEN. PATRVM

fratribus detrahendi uel his qui foris sunt, & omnino qcquid cōtra regulā scripturarū est & monasterij disciplinā, audiet pater monasterij, & uindicta bit iuxta mensuram opusq; peccati.

Basilij episcopi, Cap. LXXXV.

Interrogatio. Qui detrahit de fratre, aut audit detrahentem & patitur, quid dignus est? *Responsio.* Excommunicari: detrahentē em̄, inq̄r, occulte aduersum pximum suū, hūc psequabar. Et alibi dictū: Noli libēter audire detrahentē ne forte eradiceris. *Interrogatio.* Quod si de eo qui p̄est detraxerit, quomodo eum obseruabimus? *Responsio.* Et in hoc manifestum est iudiciū iracūdie dei, q̄ facta est super Mariā cū detraxit Mosi, & peccatum eius nec ipso quidem de Mose orante indultum deus esse permisit.

Fruētiosi episc. Cap. LXXXVI.

Clamosum in locutione monachū aut iracūdum, ridiculosum, subfannatorē, siue detractorē esse nō decet, q̄ eiusmodi est, et sepe castigatus non

DE OP. REC. ECCL. 383

non fuerit emēdatus, flagellis uerberibusq; curādus est, et acriter emēdādus.

Pacomij abbatis, Cap. LXXXVII.

Qui facilis est ad detrahendū, dicitq; qd nō est, si in hoc peccato fuerit dephensus monebūt eū secūdo, & si audire cōtempserit, separabit̄ extra conuentū fratrū septē diebus, & panem tantū cū aqua accipiet donec polliceat̄ atq; cōfirmet se ab hoc uitio recessurū, & sic dimittet̄ ei. Iracūdus & furiosus si frequēter irascat̄ sine causa, & p̄pter rē inanē & uacūā per sex uices commonebit̄, & in septima faciet̄ eum consurgere de ordine sessionis suae, & inter ultimos collocabit̄, docebuntque eum ut ab hac mentis perturbatione mundetur: cumque tres testes dignos testimonio adduxerit, qui pro eo polliceantur nequaquam simile quid esse facturum, recipiet sessionem suam, alioquin si permanserit in uitio, moriet̄ inter ultimos pdito priorē loco. Qui falsum cupit p̄bare cōtra alterū, ut opprimat innocentē, tertio commone-



commouebitur & postea reus erit iniquitatis, siue de prioribus siue de inferioribus.

Pacomij abbatis, Cap. LXXXVIII.

Qui habet pessimam consuetudinem ut fratres suo sermone sollicitet, & peruertat animas simpliciorum, tertio comonebitur. Si contempserit & obstinato animo in duricia perseverauerit separabunt eum extra monasterium & uerberabitur ante fores. Dabunt ei ad uescendum foris panem solum & aquam donec mundetur a sordibus. Item si inobediens, quis fuerit aut contentiosus, aut contradictor, aut mendax, & est perfectę ætatis decies comonebitur ut desistat à uitijs. Si audire noluerit monasterij legibus increpabitur quod si per alterius culpam ad hæc uitia deuoluatur, & hoc fuerit comprobatum, ille qui causa extitit reus erit ultioni.

Pacomij abbatis, Cap. LXXXIX.

Si deprehensus fuerit aliquis de fratribus libenter cum pueris ridere &

& ludere & habere amicitias ætatis infirma; tertio comonebitur ut recedat ab aliorum necessitudine, & memor sit honestatis & timoris dei, si non cessauerit corripient eum, dignus est correptione seuerissima. Qui contemnit præcepta maiorum & regulas monasterij, quæ dei præcepto constitutę sunt, & paruipendunt seniorum consilia, corripient iuxta ordinem constitutum donec corrigantur.

Fructuosi Episcopi,

Caput XC.

Si quis monachus uiolauerit, & contra sanctionem, regulam, usumque ueterum uesci carnibus præsumperit, sex mensium spatio retrusioni & penitentię subiacebit.

Basilij Episcopi,

Cap. XCI.

Interrogatio. Si necesse est omnes conuenire ad horam prandij, eum qui remanet, & post prandium uenit quomodo transigemus?

Responsio. Si quidem necessitate uel operis remansit à communi ordine, qui

bb

præst



præst probabit & ignoscet. Si uero cū
posset occurrere, & non satisfecit, fateatur
culpam negligentie sue, & maneat
sine cibo usq; ad horam illam qua con-
uenitur ad cibum postero die.

Fructuosi Episcopi,

Cap. XCII.

Lasciuus, petulans & superbus, sæ-
pius suspendatur à cibo, & bidua-
nis siue triduanis maceret inedijs, ope-
risq; adiectione cōficiatur, sermone &
colloquio castigetur. Si ista perpeffus
sæpe, minime fuerit correctus, plagis
emēdetur instantius, reclusionisq; diu-
tine coartetur in angustijs breuissimis,
panis & aque esu sustentādum, donec
se spondeat à uitio recessurum.

Fructuosi Episcopi,

Caput XCIII.

Inobedientem, murmuratorē, con-
tradictorem, siue furtiuus cōmessatio-
nibus atq; bibitionibus uacantem, su-
prascripta coërcebit sentētia. Et in om-
nibus omnino monachorū excessioni-
bus congrua animaduersio adhibenda
est

est secundum Abbatis & seniorum iu-
diciū, conueniens negligentie, etati,
siue persone: eritq; summa discretione
prouidendum, ne grauiā pro leuibus
inferantur, aut ē contrario proximis, le-
uis & praua ultio erogetur. Mensura
namq; & pōdere equo, iustitiāq; pia &
miseratione cōtinua uel prepositus de-
bet excellere, ut sic uulnus curet egro-
ti, quatenus salutē, & nō debilitatē infe-
rat membro. Quia sicut subditorū uitia
per prepositos, ita & prepositorū negli-
gentias per semetipsum deus iudicabit.

*Fructuosi Episcopi, de mendace, fure, & per-
cussore. Cap. XCIII*

Mendacem, furem, percussorem,
quocq; & periurū (quod dei ser-
uum esse non decet) corripit primum à
senioribus oportet ut recedat à uitio.
Post hæc si nec sic emendare distulerit,
tertio coram fratribus conuenietur, ut
desistat tantisper errare. Si nec sic emen-
dauerit, flagelletur acerrime, & trium
mensium spacio excommunicationis
uindictam suscipiens, sub pœnitentiæ



388 SENTEN: PATRVM

districtione solus recludat in cella. De uespere in uespere ex hordeatij panis sex uncij, et aque mensura parua sustentandus. Item ebriosus si repertus fuerit in coenobio superiori sententia subiacebit.

Frustruosi Episcopi,

Cap. XCV.

Monachus uel clericus paruulorum aut adolescentium confessor qui uel osculo uel qualibet occasione turpi deprehensus fuerit, comprobata patenter per accusatores uerissimos siue testes causa, publice uerberetur, coronam capitis quam gestat amittat, decaluatusque turpiter opprobriopateat, omniumque sputamentis oblitus in facie, probraque suscipiat. Vinculisque artatur ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur, & tridua per hebdomadas singulas refectioe panis exigui hordeatij uespertino tempore subleuet. Post deinde expletis his mensibus, alijs sex mensibus succedentibus sub senioris spiritualis custodia, segregata in curticula degens, operi manuum & oratione conti-

DE OF. REC. ECCL. 389

continuo sit intentus, uigilijs, & fletibus, & humilitate & poenitentia lamenta ueniam percipiat. Et sub custodia semper & sollicitudine duorum spiritualium fratrum in monasterio ambulat, nulla priuata locutione uel consilio deinceps iuuenibus coniungendus.

In statutis seniorum, Cap. XCVI.

Si quis autem murmurauerit uel contentiosus extiterit, aut opponens in aliqua contraria uoluntate preceptis, digne correptus, secundum arbitrium prioris tam diu abstineatur, quam diu uel culpa qualitas poposcerit, uel se poenitendo humiliauerit atque emendauerit. Correptus autem non audeat usquam recedere. Si quis uero de fratribus, uel qui in oratorio sunt, uel qui per cellas consistunt, eius errori consenserit culpabilis erit, atque excommunicatione dignissimus.

Basilij episcopi, Cap. XCVII.

Sicuti inobediens quis murmurat. *Responsio.* Dicente Paulo: Omnia facite sine murmurationibus

bb 3 &



& haxitationibus. Alienus à fratrum unitate qui murmurat, & opus eius abijciatur. Manifestus est enim qui talis est, quia in fidelitate ægrotat, & certam futuræ spei fiduciam non gerit.

Fructuosi episcopi, Cap. XCVIII.

NE quisquã è monachis suũ adserens dicat, codex meus, tabula mea, uel reliqua quod uerbũ, si de ore eius effugerit poenitentię subiacebit.

Cassiani presbyteri, Cap. XCIX.

VT ne uerbo quidẽ audeat quis dicere aliquid suũ, magnumque sit crimẽ ex ore monachi pcessisse codicẽ meũ, tabulas meas graphiũ meũ, tunicã meam, galicas meas: Procep hoc digna poenitentiã satisfactorius sit, si casu aliquo per subreptionẽ uel ignorantiam huiusmodi uerbũ de ore eius effugerit.

Basilij episcopi, Cap. C.

Ad. 2. **I**N Actibus apostolorũ de illis qui credebant primitus scriptũ est, ibi em̄ ita dicit: Quia nemo ex bonis suis quicquã propriũ dicebat esse, sed erãt illis omnia cõmunia. Si q̄s ergo pro-

prium sibi dicit esse aliquid, sine dubio alienum se facit ab electis dei & à charitate domini, q̄ docuit uerbo, & opere cõpleuit, & animã suam posuit pro amicis suis si ergo ipse animã pro amicis suis dedit, quomodo nos etiã ea quæ extra animã sunt, propria dicamus?

Basilij episcopi, de diuersis correptionibus,

Cap. ucl. CI.

PEccãtem quomodo corripimus uel emendamus? *Responsio.* Sicut preceptũ est à domino dicente: Si peccauerit in te frater tuus, uade & argue eũ inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ. Si uero nõ te audierit, adsume tecũ alienũ unũ uel duos, ut in ore duorũ uel trium testium stet omne uerbum. Quod si etiam ipsos non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, si fortasse increpatio hec quæ sit à pluribus, eueniat ei in salutem. Et sicut dicit Apostolus: Argue, increpa, obsecra in omni patientiã & doctrina. Et rursum: Si quis non obedit uerbo nostro, per epistolam hunc

Mat. 17.

1. Tim. 4



hunc notate, ut non cōmiscēamini cū eo, sine dubio ad mensam. *Interrogatio.* Si quis etiam in paruis delictis affligere uoluerit fratres, dicens quia debetis pœnitere per singula ne forte & ipse immisericors uideatur, & dissoluere charitatem? *Responsio.* Cum affirmauerit dominus, quia iota unū & apex unus non præteribit à lege donec omnia fiant. Et rursus desinerit, quoniã de omni sermone otioso quecunque locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij: nihil oportet contemni tanquam paruum. Qui enim spernit minima paulatim decedit. Sed & quomodo quis audebit breue dicere aut paruum delictum, cum Apostolus dicat, manifesteque definiat, quia per preuaricationem legis deus exhonatur. Sed & aculeus mortis peccatum esse dicitur, & non dixit tale uel tale peccatum, sed omne peccatum: Magis ergo irrisor est qui interimit & negligit, quam ille qui arguit, sicut is qui in morsu serpētis permittit delite

Mat. 5.

Mat. 12.

delitescere uenenum, quam ille qui educit & abstrahit. Sed & charitatem destruit ille qui secundū quod scriptum est, parcens baculo odit filium suum, qui autem diligit diligenter corripit. *Interrogatio.* Quomodo debet quis pœnitere in uno quoque delicto? *Responsio.* Affectum illum in se recipiens quem gerebat ille qui dicit: Iniquitatem odio habui & abominatus sum. Sed & ea quæ scripta sunt in 6. psalmo & alijs que plurimis. Sed & illa quæ Apostolus dixit ad eos qui secundum deum contristati sunt: Quantum operatus est, inquit, in uobis sollicitudinem: sed indignationem, sed æmulationem, sed uindictam. In omnibus exhibuistis uos castos esse negotio. Sed & in his ipsis in quibus deliquit, agens multa contraria. *Interrogatio.* Qui pœnituerunt de aliquo peccato, & si rursus in hoc ipsum peccatum inciderunt, quid facient. *Responsio.* Is qui semel deliquit & iterum in eodem peccato incurrit indicare uideatur

Prou. 13.

Psal. 118

2. Cor. 7



de se hoc primū, quod ab illo peccato priori nō fuit expurgatus, ex quo uelut à radice quadā pessima, eadem que ante pullularunt. Sicut enim quis arboris ramos excindens, si totidē reliquerit, ubi radix fuerit uirgulta eiusdē seminis germinabit, ita etiam peccatū facere probat: quoniā omnes q̄ delinquit ex ipsis peccatis initiū sumūt, sed & ex alijs interdū delicti occasio nascitur. Necessariū ergo ei est qui uult omnimodo se purgare à peccato primas ipsas causas culpe excidere. Verbi gratia: Si ex cōtentione uel inuidia fuerit, nō ex se sumpsit exordiū, sed radicē habet arrogantiam, ex cupiditate humane glorie uenientē. Dum em̄ gloriam querit ab hominibus, aut cōtentio nibus studet, aut recte agētibus inuidet, huic inuidet scilicet per quē uidet ipse minus in laude uel in admiratione haberi. Si q̄s ergo semel notatus fuerit inuidie uel cōtentionis uitio, & rursus in hoc ipsum incidet, sciat se primā illam causam de qua superius diximus, ex qua

ex qua inuidia uel cōtentio nascit, in interioribus medullis habere reconditā. Oportet ergo eū & per cōtraria atque aduersa curari, id est, per humilitatem. Exercitationes uero humilitatis sunt, si se uilioribus officijs subdat, & ministerijs uilioribus tradat. Ita namq; arrogantie & humane glorie uitium curare poterit, ut consuetudine humilitatis affectus, ultra iam non incidat in arrogantie & uanæ gloriæ delictū. Sed in singulis huiuscemodi uitijs cura similis adhibeatur.

In statutis seniorum. Cap. CII.

Qui pro qualibet culpa arguitur uel increpat penitentiam habet & nō respondeat arguenti, sed humiliet se in omnibus, secundū preceptū domini dicētis: Quia deus humilibus dat gratiā, superbis autē resistit. Et. Qui se humiliat exaltabit. Qui uero sepius correptus nō se emendauerit, nouissimus stare iubeat. Qui si nec sic quodē se emendauerit, extraneus habebit, sicut dñs dixit: Sit tibi sicut ethnicus & publicus.

Basilij

Iacob. 4.

Luc. 14.



Basilij episcopi, Cap. CIII.

Quali affectu uel quali sensu oportet increpare eū q̄ increpat̄
Responsio. Ad deū q̄ppe tali mēte debet esse, qualem indicat beatus Dauid dicens: Vidi preuaricātes & tabescebā, q̄a eloquia tua non custodierunt. Ad eos autē quos increpat hūc debet affectum seruare, quem pater & medicus erga agrotantem filium, & tunc maxime cum qualitas cure tristior uidetur & grauior. *Interrogatio.* Quali affectu quis debet suscipere correctionem?
Responsio. Sicut ager filius, patris & medici de uita sua solliciti, qui si etiam asperum aliquid offerant, uel amarum, ad curandum filium, sicut utique filius, quod nec pater in aliquo negligere potest de salute filij, nec medicus falli. *Interrogatio.* Qui tristatur aduersus eum, qui se increpat, qualis est?
Responsio. Neque periculum peccati agnouit iste neq̄ damnum, neq̄ lucrum poenitentia, nec credit illi qui dixit:
Quia

Quia qui diligit filium diligenter corripit. Sed & seipsum alienū facit ab illa utilitate dicentis: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Sed ad laesionem ceterorum iste talis permanet inter fratres. Exoluit enim & impedit animos eorū qui possunt proficere. *Interrogatio.* Quale iudicium debet esse de ijs, qui peccantes defendunt opera sua?
Responsio. Ut mihi uideatur grauius ab illo quod dixit dominus: Quia expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius, & precipietur in profundum maris, quam ut scandalizet unū de minimis istis. Non enim iam ad emendationem & correctionem, sed defensionem ad confirmandum peccatum suum suscipit, qui deliquit, & alios ad simile prouocat malum: ita ut conueniat eis, qui peccantes defendūt, illud quod scriptum est: Qui si nō ostenderitis fructus dignos poenitentia excidimini & in igem mittimini. Vel rursus quod dominus dicit: Quod si oculus tuus dexter scandalizet

Prov. 13.

Mat. 9.



dalizet te, erue eñ & proijce abs te. Ex
pedit eñ tibi ut pereat unum membro
rum tuorum & non omne corpus tu/
um mittatur in gehennā ignis arden/
tis. *Interrogatio.* Pœnitens ex corde quo
modo debet suscipi? *Responsio.* Sicut do
minus ostendit cum dicit: qui cōuoca

Luc. 15. uit amicos suos & uicinos dicēs: Con
gratulamini mihi quia inueni ouē me
am quam perdideram. *Interrogatio.* Er
ga eum qui non quod peccata pœni/
tet qualiter esse debemus. *Responsio.* Si
cut præcipit dominus dicens: Sit tibi si
cut ethnicus & publicanus. Et sicut
Apostolus docuit dicens: Subtrahite
uos ab omni fratre ambulante immo/
derate, & non secundum traditionem
quam tradidimus uobis. *Interrogatio.*

Si oportet eum qui plus laborat requi
rere plus aliquid à consuetudine?
Responsio. Si propter retributionem dei
suscipit laborem, non hic requirere
debet laboris sui mercedem uel requi
em, sed pro his ad promissa dei festi
nare: sciens, quia sicut pro laboribus
mercedem parauit deus, ita etiam pro

angustijs cōsolationes. Verū tñ hij q
presunt obseruabūt regulā illā q̄ dicit.
Diuidebat aut uniuersū prout opus e
rat. Debet enim unumquemque præ
uenire, ut secundū laborem, etiam so
latia refectionis inueniat.

Basilij episcop. Cap. CIII.

SI quis uidet contentiosus esse (di
cente Apostolo) Nos talem cōsue
tudinē non habemus, neq; ecclesia
dei, si quis hoc facit, notetur usque
quo corrigatur.

Basilij episcopi, Cap. CV.

AN deceat tempore orationum
uel psalmodiarum loqui aliquē in
domo? *Responsio.* Præter eos, q̄ ministe
rii sollicitudinē gerūt, uel eos quibus
discipline cura cōmissa est, uel dispen
sationis operū; qui & ipsi ita cōsiderā
tius agere debent, ut quantum necessi
tas exigit, hoc solum loquantur, &
hoc ipsum cū quiete & honestate, ne
inturbēt aut offendiculū faciāt. Cæ
teris cūctis silētiū habere cōuenit. Pro
phetis in ecclesia docētib; (Aposto
lus dicit) q̄ si alij sedenti reuelatū fue



400 SENTEN. PATRVM

rit, prior taceat: quanto magis in tem-
pore psalmodum uel orationum tace-
re & silentium agere cunctis conue-
nit, nisi quem forte (ut superius dixi-
mus) communis prouidentia causa
aliquid proloqui cogit.

Basilij episcopi, Cap. CVI.

SI iniunctum fuerit aliquid fratri,
& cōtradixerit, postea autem sua
sponte abierit & fecerit, quid est? *Re-
sponso.* In eo quod contradixit quasi
non obtemperans iudicandus est, &
uelut ceteros ad simile prouocans ma-
lum. In quo sciat se illi sententia obno-
xium, quæ dicit: Contradictiones su-
scitat omnis malus. Dominus autem
angelum immisericordem mittet ei.
Cum autē certus sit, quod homini non
obtemperat, sed domino dicenti: Qui
uos audit, me audit: & qui spernit uos
me spernit. Si cōpunctus est recorda-
tione mādati, prius satisfaciat, & ita si
permittitur impleat quod iussum est.

Luc. 10.

Basilij episcopi, Cap. VII.
AN oportet æqualiter haberi e-
os, qui

DE OP. REC. ECCL. 401

os, qui plus proficiunt, an eos qui mi-
nus? *Responso.* Illud obseruandū est
in hoc, quod & de remissione peccato-
rum dominus statuit dicens: Remissa *Luc. 7.*
sunt ei peccata sua multa, quia dilexit
multum. Cui autem parum remittitur,
parum diligit. Et iterum quod de pres-
byteris Apostolus statuit dicens: Qui *1. Tim. 5.*
bene presunst presbyteri duplici hono-
re honorēt, maxime qui laborāt in uer-
bo et doctrina. Hoc in omnibus huius-
modi causis obseruari, cōsequēs puto.

Isidori Episcopi,

Cap. CVIII.

IN minori etate constituti, non sunt
coercendi sententia excommunica-
tionis, sed pro qualitate negligentia
cōgruis emendādi sunt plagis: ut quos
etatis infirmitas à culpa non reuocat,
flagellis disciplina compescat.

Augustini Episcopi,

Caput CIX.

MElius est modica amaritudo in
faucibus, quæ æternum tormen-
tum in uisceribus.

ce Gre



Gregorij Papae de senibus,
Cap. CX.

Praedicator omnipotentis domini Paulus apostolus dicit: Seniore[m] ne increpaueris. Sed haec eius regula in eo referuanda est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iunioru[m]. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum praebet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est: Laqueus iuueniu[m] omnes uos. Et rursum Propheta dicit: Et peccator centum annorum maledictus est.

Esa. 42.
65.

Casarij Episcopi,
Cap. CXI.

Si quis frater conuicio, uel maledicto, uel etiam crimini subiectus laeserit fratrem suum, meminerit culpam satisfactione purgare: quod uitium si iterare praesumpserit, districtione seuerissima feriatur.

Isidori Episcopi, Cap. CXII.

Quem semel illata animaduersio non coereuit, frequens seueritas tenfeat emendandum.

Cassi

Cassiani presbyteri,
Cap. CXIII.

Si fratres conspiracyonem noxiam, uel consilium prauum, & otiosum, quidem colloquiu[m] reperti fuerint admisisse, ut contumaces ac preuaricatores mandatoru[m] dei iudicentur, congregatis in unum cunctis fratribus publicam agant poenitentiam.

Casarij Episcopi,
Cap. CXIII.

Si quis in deum peccatum praesumpsit committere, districtione[m] debet pastoralis sustinere. Quonia[m] omne peccatum, quod in hoc mundo non corrigitur, in futuro seculo punietur. Sic enim de filio uel seruo diuina scriptura commemorat: Tu, inquit, eum uirga cedis, & animam illius de inferno liberabis. Et iterum: Virga & flagella castigaberis filia Sion, ut non discedat zelus meus a te. Et illud: Meliora sunt uulnera diligenti, quam fraudulenta oscula odientis.

Pro. 13.
Pro. 29.

c 2 Ex

Ex Epistola Nicephori Chartophylacis ad Theodosium Monachum, de ligandi soluendiq; potestate.

Ligandi soluendiq; prouincia, pontificibus ipsis, à clementissimo deo nostro demandata est. Si quidē ad Petrum ait. Quęcunq; ligaueris, ligata, & quęcunq; solueris, soluta erunt. Vnde olim omnes oportebat ad ipsos pontifices accedere, suaq; illis occulta proderet, & sic uel reconciliationem uel repudium ferre. Ignoro autem, qui factū sit, cur hæc minus obseruentur, quāuis existimem, pontifices, negotij rædicio, frequentiq; multitudinis turbulentia defatigatos, id operæ ad Monachos transmississe, ad eos scilicet qui uere probati sint, alijsq; ualeant esse utiles. Nihil em̄ tale inexpertis & indoctis permiserūt. Equidem in aduersa corporis ualitudine, illū inquirimus, dicimusq; medicū, qui tam re ipsa, quā uerbis male habentem curare queat. Itaq; non respiciamus

mus in hunc uel illum, qui præter medicum nomē nihil habeat medicum, sed in eum qui sicut expedit, medicum præstare poterit. Porro si quis expertus sit & frugi, & cum hoc sacerdotio fungatur, ad illum in primis accedendum, nā poterit indigo prodesse, accedentem se diligentius curare, reconciliare item & corrigere. Puto autē nullum qui pie & caute, huius molesti temporis uitam agat, ex hoc ordine exautorandum. Cæterum qui talem accedit, omnino ipsum dirigat & instruat, ut recte dirigat. Et is quanto diuinorum sacrorumq; canonum peritior fuerit, hoc amplius instruet. Contra qui Canonum uigorem, & suam cuiusq; delicti multam ignorarit, is nulla ulla in re unquam usui esse poterit. Præterea qui fratrem, in se, uno eodemq; die septies peccantem, uenia condonandū, suscipiendumq; dijudicarit, is lapsos, quamuis & sæpe & multum deliquerint, quo pacto repellat & abiciet: imò spiritualibus increpationibus



admonebit, utiliter cōsulet, uitā futu-
 ram, & æterna supplicia in memoriā
 reducet, unum cauebit ne indulgenti-
 us & citra omnem obiurgationem ab-
 soluat, fiatq; alienorum criminū par-
 ticeps. Iam, si qui peccauerant, lachry-
 mis liquecant, ac cōtinenter malorū
 suorum abalienationem meditent, li-
 cet in eadē reincidant, suscipiendos ta-
 men eos duxeris, cōgruumq; deputa-
 ueris locū. Penes te enim facultas est,
 & ut nosti, mensuram castigationis ad-
 hibeas. Eos autem qui hinc emigrant,
 in quocunq; fuerint peccato detenti,
 ne ligaueris, sed diuinorū purorumq;
 sacramentorū facito particeps. Qui ci-
 tra pactum polluti, gratias agant deo
 nostro, qd de faucibus diaboli liberati
 sunt. Parum in horum castigationem
 prescribere opere precii. Non em̄ no-
 strum est definire, sed uoluntatis eorū
 qui mandatis parent. Tempus quoq;
 & si longū sit, non tamen amplius est,
 quā correctio requirat, forte nihil om-
 nino cōmodi correctio afferet. Vidimus

mus

mus aut & breui tempore, multos,
 multa absterfisse, ac emendasse. Alio-
 quin & si mensura temporis cui iniun-
 gatur, is tamen tandem declarabit, an
 digne admissus uel repudiatus fuerit,
 qui mandatis obtem-
 perauerit.
 Finis.

BASILEAE APVD HEN-
 RICVM PETRVM MEN-
 SE AVGVSTO. ANNO
 M. D. XXXIX.





